

Löjvans Biblioth. A. Ademas Lang
IUSTI HENNINGI BÖHMERI, D.

Profess. Iuris extraord. in Regia
Fridericiana

**INTRODVCTIO
IN
IVS DIGESTO-
RVM,**

**Sensum pariter ac vsum
singularum materiarum succincte
exhibens.**

ACCESSERVNT TITVLI

DE

VERBORVM SIGNIFICATIONE

**& regulis iuris ad seriem ma-
teriarum congesti,**

CVM DVPLICI INDICE.



**HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
Typis & impensis ORPHANOTROPHEI
An. M DCC IV.**

CVM PRIVILEGIO RREGIO.



PRAEFATIO.

Qui iurisprudentiæ nostræ hodiernam faciem penitus intuentur, non inconcinne illam sub specie vastissimæ sylvæ adumbrare videntur. Tot sunt obstacula, quæ premunt docentes discentesque, tot occurrunt superandæ difficultates, quæ inter tot Dd. fluctus ubique se exerunt, vt proinde non adeo inepte veteres in *ICTO ferreum caput* requisierint.

Hinc tam varia ratione studium iuris aggrediuntur eius cultores, nec omnium vnus idemque labor: alii enim studio proletario, alii exactiori, alii ordine inuerso, alii alio modo iura tractant. Sunt qui totum vitæ suæ tempus in eruendis legum subtilitatibus absumserunt, qui gloriæ sibi duxerunt, posse subtrili ingenio conciliandi rationes ostende-

PRAEFATIO.

dere, quando leges inter se disident, qui literas legum torquent, *ex cortice incassum fructus quarentes*, & sic præter manum criticam ad leges nihil afferunt.

Certe tales vix abfimiles videntur illis, qui ex arboribus aridis, quibus succus & vita deficit, fructus colligere student, & qui circa corticem eiusmodi arborum hærentes fructus ipsos negligunt & spernunt, quos plena manu ex frugiferis aliis colligere poterant. Non reprehendo omne studium criticum iniure Romano, quia quantam quandoque interpretationi lucem afferre possit, ostendi *disp. de scriptur. non legibil. cap. 1.* Sed hoc non debebat esse *שֵׁי יוֹב*, sed saltem subsidium aliquod, ubi necessitas illud postulabat. At ut plurimum hoc tunc adhibetur, ubi materiae quoad usum hodiernum reuera otiosæ deprehenduntur, & si tandem quæstio, *cui usui?* instituitur, responsio in vanam aucupationem alicuius gloriosæ resolvitur. Nonne vero hoc est pedantismum in iurisprudentiam inferre. Deterioris tamen adhuc conditionis videntur, qui nil nisi verba legum crepant, sensum eius omnem genuinum respicientes, adeoque sacrilegium esse

PRAEFATIO.

esse ducentes vllam admittere antinomi-
am, aut nœuum in Iurisprudencia. Et
hi sunt leguleii, qui itidem cum criticis
circa corticem hærent, sed adhuc peiori
modo, quo magis legitimam interpre-
tandi viam obstruunt, verasque pruden-
tiæ regulas reiiciunt. Porro sunt, qui
propter tam diffusum iuris studium pla-
ne deterrentur a genuina legum scien-
tia, & rem omnem sitam esse existimant
in praxi, modo recitare possint con-
suetas formulas, & multis verborum
lenociniis clientuli sui causam perorare.
Tales *ostentant folia vana*, h. e. arbores
repræsentant, quæ exterius foliis abun-
dant, speciemque elegantem præ se fe-
runt, sed fructus nullos vel saltem inuti-
les habent. Hi enim corrumpunt *leges*,
quarû scientia destituti sunt, *curiam*, quam
importunis suis clamoribus replent,
litigantes, quos spe prædæ & victoriæ
alliciunt, *iustitiam*, quam venalem habent
& quacunque ratione euertere annitun-
tur. Tale hominum genus optime de-
pinxit Ziegl. in *tr. de Rabulistica*.

Vterius sunt, qui, quicquid iuris Ro-
mani nomen præ se fert, sine causa ar-
rodere & impugnare audent, solis ra-

PRAEFATIO.

tionis suæ coniecturis confisi, ex quibus proinde omnia conculcare, & ad captum proprium accommodare student. Quo ipso tamen minime reprehendo eos, qui iuris naturæ præcepta ad ius Romanum afferunt & sollicito studio, quicquid positiui iuris stricte dicti in iure Romano occurrit, ab illis separant, nam id omnino fieri debere res ipsa docet, quia ita feliciori & faciliori ratione & interpretandi & applicandi viam ingredi valeamus. Sic nec sub hac censura eos comprehendo, qui defectus iuris Romani cum debita prudentia, ubi illi euidenter occurrunt, eruunt & inde faciliorem interpretandi viam sternunt, quippe quod sæpe conducit ad eruendos errores communes, qui alias vix præcaueri possunt, ut iam recentissimi hoc seculo Icti eruditissimi suo exemplo declararunt. Ast qui plane hic excedunt, merito ad iurisprudentiam enucleandam inutiles habentur.

Hæc itaque demum vera, meo iudicio, via ad solidam iuris Romani cognitionem esse videtur, si, otiosis iuris Romani quæstionibus reiectis, rem ex veris principiis deducamus, adhibita

in

PRAEFATIO.

in subsidium antiquitate Romanae, quae imprimis interpretationi ingentem afferre potest lucem, & regulas prudentiae, ut praesentem vitae nostrae rerumque publicarum statum cum Romano prudenter conferamus, & quatenus leges illae Romanae nostrorum civium actionibus commode applicari possint, didicimus.

Ad promouendum hunc scopum, multum praeterea conferre poterit, si optima methodo, quae alias in disciplinis plurimum facit, leges secundum sensum & usum proponantur, & ea, qua fieri potest, breuitate & perspicuitate concipiantur. Sunt enim conclusiones infinitae, quas exercitatus in principiis animus facillimo negotio sine ulteriori manuductione eruere valet. Et hunc in finem nostro aetate Digestorum, Codicis & Nouellarum explicatio suscepta est per certa compendia, quibus scitu necessaria neruose & methodice sunt comprehensa. Ne animus discipulorum tot varietate legum, tot subtilitatum copia, tot discordiarum vbertate obrueretur, quod tamen fieret, si quis statim ad ipsas leges interpretandas ablegaretur. Hinc non est

PRAEFATIO.

institutum eorum, qui eiusmodi compendia scribunt discentes, abducere a fonte, quamvis hoc plerumque fieri soleat, sed animos eorum eo rectius præparare, ut faciliori ratione iam ad id perducì possint, ad quod alias vix post multorum annorum spatia perducì potuissent. Versantur itaque hodie inter manus plura eiusmodi compendia, quæ cum optime nota sint, non est, quod illa hic recenseam. Sua cuique methodus, sua cuique prærogatiua & præstantiæ gloria, sua cuique etiam vitia, quæ partim ex *apud* *diis*, partim ex diffuso rerum complexu, fines compendii excedente, partim ex defectu legitimæ interpretationis, partim aliunde facile diiudicari possunt.

Neque tamen tanta hodie copia eiusmodi compendiorum laboramus in Academiis, ut aliis propterea vitio verti iure possit, si noua huius generis in vsum discentium conscribere velint, & si vel maxime maior eorum adesset numerus, non tamen propterea existimandum est, adeo omnia iam esse exhausta, ut nihil alienæ industriæ relictum esse videatur. Et vel hæc sola ratio sufficiens præsidium mihi præbere posset, ostenden-

PRAEFATIO.

dandi, quod animum non otiose applicaverim ad *introductionem aliquam in ius Digestorum* conscribendam, nisi praeterea ad hoc aliae rationes adessent. Vrsit imprimis hoc propositum, quod communes methodi, quibus leges traduntur, plurimis incommodis sint innodatæ, quæ docentibus ingens impedimentum, discentibus vero quandoque nauseam procreare possunt. Et quidem imprimis hic intelligo methodum *per causas*, quæ ubique in compendiis regnat, paucis exceptis, cuius incommoda peculiari meditatione explicavi, *in manuactione ad methodum conscribendi disputationes iuridicas*, quæ hic recensere nolo. Hinc etiam alii eandem difficultatem apprehendentes per theses & axiomata ius Romanum ad sua principia reuocarunt. Quorum institutum eo magis laudandum, quo magis fundamenta certa & genuina inculcant, & ad conclusiones legitime inde eruendas viam sternunt. Quemadmodum enim leges sunt generales propositiones, ita etiam laborandum, ut iura in eiusmodi propositiones resoluantur, quæ in nostro corpore iuris plerumque per *speciales casus* sunt propositæ.

PRAEFATIO.

Et quidem proxime cum hac methodo conuenire videtur noua illa methodus, quam in praesenti introductione elegi. Scilicet cum materiae iuris in titulis singulis Digestorum propositae contineant *complexum variarum regularum & iurium* ad illud negotium, de quo titulus conceptus est, pertinentium, illa, vero, quae in complexu traduntur, non rectius explicari posse videantur, quam si in partes naturales, in quas natura negotii se scindit, soluantur, & singulis sua propria meditatio impendatur, optimam huic negotio esse methodum **PER REQUISITA**, quae in quolibet themate occurrunt, arbitratus sum. Quid enim aliud sunt requisita, quam *partes necessariae rei alicuius vel negotii*, in quas sua sponte se scindit, & simul tamen singula requisita propositionem aliquam continent fundamentalem, ex quibus principia singulis materiis propria & axiomata iuridica facili negotio concinnari possunt. Vt adeoque & illis, qui per *positiones* procedere amant, haec quoque methodus satis accommodata videri possit. In eo tamen videtur meo iudicio haec

via

PRAEFATIO.

via commodior , quod meliori ordine & connexione omnia ita proponantur , vel iuxta seriem requisitorum omnia vno intuitu haberi possint. Et hæc methodus non tantum scholæ , sed etiam trituræ fori satis conueniens est, quandoquidem non rectius aduocati iura partium tueri posse videntur , quam si requisita intentatæ actionis omnia cum casu proposito congruere ostenderint. Et hinc in der Calenbergischen Cantzley-Ordnung t. 4. §. 20. diserete prouisum est, daß die Aduocaten in allen ihren Schrifften und Sätzen sich der Kürtze, so viel möglich, befleissigen, alle superflua und irrelevantia unterlassen, und darentgegen aber die *requisita* eines ieglichen *remedii* mit besondern getreuen Fleiß in acht nehmen sollen. Idem dispositum in Fürstlichen Wolffenbüttelischen Hoff - Gerichts-Ordnung pag. 15. his verbis: Es sollen auch die Aduocati in Verfertigung der Suppliquen , libellorum und zugelassener articulorum, auch allen andern Schrifften und Sätzen sich so viel möglich der Kürtze befleissigen, alles überflüssige und ungeräumte und zur

Sa-

PRAEFATIO.

Sache undienliche unterlassen, dargegen aber die rechtliche *requisita* eines jeden *remedii* und *action* mit besondern Fleiß in acht nehmen &c. Quodsi itaque, si itaque discentes hac methodo iuri operam dare mature se accingunt, eo faciliores in foro aliquando & feliciores progressus sine dubio sunt facturi.

Hac itaque ratione singulas materias explicui, vt præmissa generali definitione, tanquam complexu omnium eorum, quæ postea per requisita ex definitione deducta speciatim declarantur, ex his deductas conclusiones potiores subiecerim, ex quibus ad infinitas alias datur progressus. Hæc omnia numeris ita distinxī, vt omnis confusio euitari, & contra, quomodo singula cohærent, vno intuitu statim percipi possit. Retinui simul vtiliores diuisiones, & cum diuisio nullum vsum præstans, merito quoque discantibus haud tradi debeat, operam dedi, vt singulis diuisionibus statim subnecteretur vsus genuinus, vt ita statim appareat, in quem finem hæc sint addiscendæ. Præiuit iam in hoc institutu-

PRAEFATIO.

stituto collega meus honoratissimus
Dñ. Ludouici in *Usu pratico distinctionum
iuridicarum*, qui libellus optime cum iis,
quæ ad singulas diuisiones tradidi, con-
ferri, & ad illa declaranda multum face-
re potest.

Ipsam denique interpretationem
quod attinet, antiquitatem Romanam,
sedulo secutus sum, ex illis, quæ ad iura
Romana enucleanda faciunt, succincte
adducendo, vt eo rectius iudicium fieri
possit, vtrum congrue tradita iuris Ro-
mani ad nostrum forum applicari vale-
ant. Si enim hæc ratio docendi negli-
gitur, sæpe quam perniciosissime erra-
ri experientia docet. Deinde optimos
& recentiores nostri seculi elegi ICTOS,
quos in subsidium adducerem, quia ho-
rum sub clientela & clypeo Iurispru-
dentia ad insignem euecta est præstan-
tiam, quos proinde præeuntes sequi, o-
ptimum factu esse duxi.

Ceterum ne per hanc *introductionem
meam* discentes plane a fonte ipso abdu-
cerentur, quod, vt supra dictum, ple-
rumque contingere solet, præsertim
cum non omnium eadem sit idoneitas,
textus

PRAEFATIO.

textus ipsos principales eligendi & segregandi, vtile visum fuit, textus notabiliores cuiusuis tituli ex Digestis & Codice iuxta seriem in titulis positam eruere & titulis singulis subiungere, quos praecipue quilibet cognitos habere debet, quique praeter ceteris inferuire vsibus quotidianis possunt. Denique in fine addidi duos illos titulos satis notabiles *de verb. signif. & regulis iuris*, non quidem eo ordine, quo in Digestis conspiciuntur, sed iuxta seriem materiarum ordine Alphabetico exhibitam, vt eo facilius cuique in promptu esse possint, qui ad textus illos recurrere velit. Sicuti itaque hocce meum propositum consilio haud temerario susceptum esse arbitror, ita vt Deus hoc ipsum vltterius secundare & benedictione sua promouere velit, ex intimo corde precor.

Dabam in Regia Fridericiana

d. 1. Martii 1704.



INTRODVCTIO
IN
IVS DIGESTORVM
adornata

a
IVSTO HENNINGO Böhmer D.
Prof. Iur. Extr.



Lib. 1. Tit. 1.

De Iustitia & Iure.

1.

Dari iurisprudentiam actionum humanarum directricem patet ex natura humani generis & status corruptione. Dn. Hertius *Diss. de Iurisprud. Vniuers.* S. 1. §. 7. Est autem in genere iurisprudentia rerum diuinarum atque humanarum notitia, iusti & iniusti scientia. §. 1. l. 1. & l. 10. §. 2. b. vel clarius: Est habitus interpretandi & prudenter applicandi iura, & sic tot dantur species iurisprudentiæ, quot iuris species. Duo itaque in omni iurisprudentia generalia sunt requisita (1) prudens interpretatio (2) prudens legum applicatio.

2. *Interpretatio* legum (quæ a iuris præsumptione differt vid. *nostr. diss. de collis. præsums. cap. 1.*) instituenda tum ex communibus regulis interpretandi, tum imprimis adhibenda in subsidium antiquitas Romana, & ratio æquitatis. *l. placuit 8. C. de iudic.* instruit deinde eam plenius cognitio iuris. Communiter diuiditur in *Doctrinalem & authenticam.* Hæc est eius, qui

tulit legem, *l. 9. C. de leg.* nouumque ius constituit. Brunn. *ad l. 12. d. l. n. 4.* pertinetque ad prudentiam legislatoriam, & huc refero infinitas Leges disponentes, qualis in dubio interpretatio capienda. Illa, quæ proprie huius loci, est explicatio legis dubiæ ex probabilibus coniecturis. Vbi duo requirit Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. L. 1. T. 1.* (1) Ne sensus legis in totum sit obscurus. (vnde vero obscuritas oritur, de eo plenius edisserit Dn. Thomas, *Iurispr. diuin. lib. 2. c. 12. n. 20. seqq.*) (2) Ne adeo clarus sit, vt interpretis officium cesset, tunc enim habet locum, *l. 12. ff. qui & a quibus manum.* Recurri tamen vtrobique protest ad Authenticam.

3. Atque hæc rursus est vel *extensiuæ* vel *restrictiuæ*. Vtrobique verba mens & ratio inspicienda & quidem *adequatæ*. (Nam & Icti inadæquatæ rationibus sæpe usi, vid. *l. 14. pr. de serv. Conring. de Ciuil. prudent. c. 14. p. 315.* Dn. Schilt. *Ex. 6. §. 27. in addit. lit. c.*) & quidem, si ratio legis generalior verbis, extensiuæ locus est, §. *vn. l. de legit. Pat. Tut. l. 6. ff. de sponsal.* Si vero specialior & angustior, tunc restrictiuæ adhibenda vid. Struu. *Exerc. 2. §. 49.* præsertim accedente singulari æquitate, vnde aliquando dicitur interpretatio per æquitatem. vid. Hahn. *ad W. b. n. 18.* Vtrobique cauendum (1) ne imprudenter Doct. regulas magnis Voluminibus congestas sequamur (2) vt humanitatis rationem in dubio præferamus iuri stricto, modo
(a) non

(1) non fit cerebrina *l. 11. pr. de pon. l. 19. de ap-*

(2) non temere leges impugnet, *C. 3. D. 4.*

(3) cauteamus a Sophisticis interpretationibus.

Exemplum est *in. c. 20. X. de iurciur.*

§. 4. Faciunt Dd. adhuc duas alias species:

Declaratiuam & Vsuaalem, illa est simplex secun-

dum verba facta legis claræ & perspicuæ decla-

ratio, & sic proprie interpretatio non est, perti-

netque potissimum ad eos, qui studio critico

inferuiunt, & de hac intelligenda *l. 8. §. 2. ad l.*

Ed. de vi publ. quæ tamen iudicibus non iuris-

consultis docentibus limites præscribit. Hæc

est, quando sententia legis dubia explicatur ex

obseruantia constanti. Duo ergo supponuntur

(1) sensus legis dubius: in errore enim aperto

habet locum *l. 39. de LL.* (2) vt obseruantia fit

constans & diuturna *l. 37. cod.*

§. 5. Confectaria sunt (1) rarius prouocandum

ad *L. non omnium 20. de LL* ne quidem in mere

ciuilibus, quia & hæc rationes suas habent. (2)

Cessante ratione adæquata & in totum cessare

legem *L. 6. §. 2. de iur. Patr.* (3) Leges scire non

esse verba tenere, sed vim & potestatem *L. 17.*

de LL. (4) leges posteriores generales non fem-

per mutare illa quæ antea de speciali casu di-

sposita, sed sæpius inde exceptionem capere,

l. 26. 28. cod. (5) In fraudem legis facere eum,

qui saluis verbis legum sententiam eius cir-

cumuenit *l. 29. cod.* (6) ius speciale non esse

producendum ad consequentias. *l. 14. ff. cod.* quon-

iam Princeps hoc non vult. *§. 6. l. de I. N. G. & C.*

6. *Applicatio* prudenter faciendâ consideratis omnibus facti circumstantiis, adhibito æquitàtis cum iustitia temperamento, vnde & arbitrium Iudicis non debet esse liberum, sed æquitati conforme, vid. Menoch. *de Arb. Iud. Quest.* fitque vel iudicando vel respondendo de iure, vel aduocando vel cauendo. Vnde iurisprudencia cautelaris Icto imprimis commendanda, cum in hac prudentia iuris potissimum consistat. Quid enim cautelæ aliud sunt, quam *regula prudentia ad auerendum damnum adhibita*? Schilter *ex. I. §. 2.3.* Sint vero cautelæ æquitati conformes, & non in fraudem legis, sed tantum ad damnum auerendum adhibitæ. Dn. Stryk. *de cautel. contr. S. I. C. I. §. 8. seqq.* Tract. *de caut. Test. cap. 2.* fuit exinde Iurisconsulti differentia, a Legaleio & Rabula forensi, & quomodo inter se differant scientia iuris *solida, historica & empirica* vid. Dn. de Rhetz *in institut. iur. publ. Lib. I. Tit. 1. §. 4. seqq.* Mauriti, *in introd. in praxin. for. §. 8. seqq.*

7. Versatur iuris prudentia circa leges tum interpretandas tum applicandas; leges vero circa negotia hominum etiam diuina, quatenus respectus iusti in ea cadit. Inde est iurisprudencia Ecclesiastica ex summa potestate Principum fluens & principibus nostris asserta in I. P. *ex. 5.* Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 5.* Nec itaque Ictis inuidendum, si res diuinas ex vero fonte explicent, cum aliter iudicare nequeant, an prædicatum *iusti* iis insit? conf. *Manud. test. ad meth. disp. & conscrib. disp. m. 1. tb. 5.*

9. Confectaria sunt (1) leges proprie non versari circa ea, quæ ad intellectum spectant. (2) spectare huc negotia externe sese exerentia. *l. 13 de pav.* (3) adiaphora in rebus sacris esse obiectum legis, & sic pertinere ad curam legislatoris. (4) Leges etiam diuinas a scopo iusti non esse alienas.

9. Iurisprudentia ultimo intendere debet gloriam Dei & salutem veram reipublicæ. Unde Lex XII. Tabb. : *utilitas publica suprema lex est.* Vtrumque obtinetur per iustitiæ administrationem, quæ est *conformitas actionum humanarum cum legibus*: tam humanis quam diuinis, quem in sensum commode accipi potest definitio in *pr. 1. & l. 10. ff. b.* adeoque est vnica, Tabo *ad Wesenb. disp. 1. Qu. 3.* hinc communes diuisiones tot tricus inuolutæ negligi possunt, quippe nulla est controuersia, quæ sine hac commode dirimi nequeat, vid. Dn. Thomaf. *in iuripr. diu. lib. 1. cap. 1. n. 106.* Dn. Pagenstecher *in Sicil. manip. 2. p. 9. seqq.*

10. Confectaria sunt (1) plenam & integram iustitiam requirere non solum externam obedientiam legum; sed etiam internam, Struu. *exerc. 1. §. 42.* quamuis legislator contentus esse debeat externa Hahn *ad Wes. b. n. 4.* (2) otiosas esse Doctorum disputationes, ad quam iustitiæ speciem pœnæ referendæ? sufficit enim ex legibus constare, pœnas debere esse delicto coniunges & saluti reipublicæ subordinatas. (3) diuersum esse officium iudicis, & Doctoris.

Illum non examinare leges, sed applicare, nec attendere vtrum ius ex interno animi affectu alteri tribuatur: hunc inquirere in iustitiam & iniustitiam legum Ziegl. *ad Cancel. diff. pralim. §. 68.* & inculcare etiam internam iustitiam, ne sub prætextu iuris quid fiat.

11. Dicitur iurisprudentiam versari circa leges, quo spectat altera pars huius tituli: videlicet *ius* varie sumitur *l. pen. & ult. Maurit. de princip. iur. publ. c. 1.* Hoc loco duplex potissimum considerandus significatus; denotat enim vel facultatem moralem personæ competentem vel legem. Priori in sensu ius est vel perfectum vel imperfectum, cuius diuisionis usum expendit Dn. Thomaf. *cit. l. n. 104. seqq.* & habet pro correlato suo *obligationem*, late acceptam. Et de hac iuris significatione valet regula: *Quilibet iuri suo potest renunciare.* Cui opponitur: *nemo potest iuri prohibitivo renunciare*, quæ intelligitur de iure pro lege accepto. Et hoc sensu *ius* est Imperantis iussus obligans subditos, vt secundum hanc actiones suas instituant. Differentias legis a consilio, pacto, dogmate aliisque vid. in *tom. 6. Observ. ad rem lit. obs. 27. 3. seqq.*

12. Estque vel *diuinum* vel *humanum*, prout legislator est vel Deus vel homo. Diuinum, vel *naturale* vel *positiuum*. Illud quoad *principium essendi* fluit ex voluntate Dei, sed quoad *cognoscendi principium* pro fundamento habet socialitatem seu communem hominum inclinationem.

rationem ad pacem & tranquillitatem seruandam, voluntati & sanctitati Dei conformem, & hoc applicatum ad integras gentes dici solet *ius gentium*. Dn. Hertius *diff. de societate primo iur. N. princ.* Dn. Thomas. *ad Stracmb. Diff. 1. th. 4.* voce: *naturale*. Hoc ex speciali Dei reuelatione fuit, & absque hoc non cognoscitur.

13. Posituum est vel *uniuersale*, quod obligat omnes omnino homines, & cognoscitur, exinde, si ante rempubl. Iudaicam lata fuit, de quo aliquando tantum *implicite* constat, veluti quod Deus gentes ob transgressionem punierit *Leu. XVIII.* quod Christus ad illam in N. T. prouocet *Matth. V. & XIX.* vel *particulare*, Rempubl. Iudaicam vnice respiciens, estque *sacrum* vel *ciuile* Illud alias dicitur *Ceremoniale* cultum externum Iudæorum respiciens, Io. Spencer. *de iure Rituali Hebraor.* Hoc alias dicitur *Forense* causas fori Iudaici respiciens, & respectum potissimum habuit ad *θεοκρατία*. Palmam præferunt hæ leges forenses omnibus aliis legibus ciuilibus, cum in primis resistant tribus illis vitiis statum deprauantibus: Luxuriæ, ambitioni, & auaritiæ: ita tamen cohærent, vt ægre altera absque altera in præxin deduci queat.

14. *Ius humanum* seu Ciuile a legislatore homine deriuatur, & est vel *purum* vel *mixtum*. Illud est, quod ex mera ratione ciuili productum; Hoc vero, quod fundamentum firum habet in iure Nat. seu lege Ciuili vel approbatur, vel

aliquando ei aliquid additur, aliquando detrahitur *l. 6. pr. h. t.* Huber *in Pral. ad Inst. tit. de I. N. G. & C. §. 6.*

15. Vtraque species rursus diuiditur in ius *publicum & priuatum*. Illud ad statum Reipubl. seu eius sustentiam spectat, estque vel *uniuersale* vel *particulare*. Illud omnes Respubl. respicit & ex iure Nat. deducitur, eatenus vero ad ius humanum non spectat, sed iuris Nat. portio est, conf. Dn. Hertius *Diss. de Iurispr. Vniuers. S. 2.* Huber, *de iure Ciuil. Mauritius de Princip. iuris publ. Germ. c. 2.* Particulare vero pertinet ad peculiarem certæ alicuius Reip. Statum Maurit. *c. 1.* de aliis significationibus vid Dn, Thomaf. *ad Strauch. diss. 1. sb. 1.* *Priuatum* denique respicit negotia ciuium priuata inter se, & itidem cuilibet Reipubl. proprium § 1. *J. de J. N. G. & C.*

16. Vfus harum specierum iuris apertus est. Ius Nat. est immutabile, si de vera immutabilitate sermo sit. Ius vero Nat. pro facultate naturali acceptum a Principe mutari potest. Ius positium vniuersale sub solius Dei dispensatione est, non hominum. Vnde gradus in *Leuit. XVIII.* sunt indispensabiles. Ius forense & Ceremoniale nullam amplius obligationem habent. *Hebr. IX. 9. Gal. VI. seqq. Col. II. 6. seqq.* Ius humanum denique disponit de rebus iure diuino non præcise determinatis, & sub dispositione

fitione Principis est, subordinatum tamen iuri
divino,

TEXTVS NOTABILES

l. 1. §. 1. l. vt vim. 3. l. ius Civile 6. l. pen & vlt.

Tit. II.

De Origine Iuris.

1. **O**Rigo Iuris humani cœpit in statu legali
introduc̄to imprimis statu politico sub
Cainitis, conf, Tacit. 3. *annal.* c. 25. *seqq.* Sed Iuris
Romani varia est pro status varietate. Sub regi-
bus populus sine lege certa egit, omniaq; manu
a regibus gubernabantur, donec *curiata* tandem
latæ fuerint l. 2. §. 2. ff. b. quibus reliqui Reges
suas addiderunt. Vestigium adhuc extat in
l. 2. ff. de mort. infer. quin plures adhuc alias ex-
inde deriuandas esse docet Georg. Schubart.
de *Fatis iurisp. rom.* Ex. 1. conf, Paul. Merula in
Antiq. Rom.

2. Exactis Regibus lege Tribunitia omnes
leges has exoleuisse, ait Pompon. in l. 2. §. 3. b.
ita videlicet, vt lex Tribunitia dederit occasi-
onem, vt sensim euilesterent, maxime statum
publicum respicientes; neque enim omnes ex-
oleuerunt Schubart c. 1. §. 2. *seqq.* Et hic rur-
sus mutato statu cœpit populus Romanus in-
certo iure agere. Ferebantur tamen leges sub
Consulibus Dn. Stryk in *pracogn.* c. 1. §. 6. quin
& Tribunis plebis creatis ob patrum & plebis
discordias, plebiscita creata fuisse certum
est. Vnde nouæ lites inter patres & plebem.

3. Lites hæ, quas prolixius enarrat Dn. Thomaf. in *Næv. Jurisp. tb. 2.* tandem dederunt ansam, tres legatos mittendi Athenas, legum colligendarum gratia (Glossæ Fabulæ ad *l. 2. §. 4. de O. 7.* de disputatione inter sapientem & Græcum & stultum Romanum est satis ridicula) quibus Teuerfis Decem-viri creabantur, Liu. *lib. 3. c. 33.* qui leges allatas in X. Tabulas diuisere & A. V. C. 303. proposuere. Schubart. *cit. tr Ex. 2. §. 30.* Ad continuandum Decemvirale imperium diuulgarunt deesse adhuc duas tabulas & hinc LL. XII. Tab. ortæ & in æs incisæ Schubart. *cit. l. §. 31.* Dn. Stryk in *Prec. c. 1. §. 9. & 10.* De næuis harum Tabb. vide Dn. Thomaf. *cit. l. obseru. 2. seqq.* Quos frustra tegere conatur Schubart *cit. l. n. 40.*

4. Harum legum paucitas & breuitas dedit ansam disputationibus forensibus, vnde opiniones prudentum, quæ ius Ciuile dicebantur, *l. 2. §. b.* Fraudibus deinde Patrum factum, vt legis actiones conderentur *l. 2. §. 16. b.* quæ cum actibus legitimis non confundendæ Huber. *lib. 2. Digress. c. 7.* quæ ipso tota vis legum fere ad Patres deuoluta, donec Cn Flavius formulas illas diuulgaret: vnde ius Flauianum Cic. pro Muræn, *p. m. 340.* Schubart. *cit. l. §. 60.* vid. Briffon. *de formul.* Sed noua Ictorum cautela Notas composuere ab aliis non intelligibiles, quibus tamen agi debebat. Sed detexit has Sextus Ælius, inde ius Ælianum Dn. Stryk.

prec.

c. 1. §. 20. Dn. Thomaf. *de Nau. Iurisp. lib.*

Ferebantur & leges in Comitibus a populo
 v. Franc. Hottom. *in indice LL. Roman. Ma-*
nus de LL. quarum ferendarum ritum descri-
bit Dn. Stryk. cit. l. §. 18. conf. Huber. Digress. P. 1.
lib. 1. c. 15. & lib. 4. c. 30. Sed & plebs cita incre-
 menta iuri dederunt. rursus ex diffidiis Patrum
 orta l. 2. §. 8. b. Dn. Stryk *cit. l. §. 12.* quan-
 quam vetustiora fuerunt LL. XII. Tab. si pri-
 ma eius initia spectes: Populum tamen vni-
 uersum demum obligare inceperunt lege Ho-
 rata. Occasionem recenset ICTus *in l. 2. §. 24.*
conf. Liu. lib. 3. c. 43.

6. Rursus dissensiones Patrum & plebis ex-
 torserunt constitutionem Prætorum. Potestas
 eorum erat in iure dicendo & interpretando
 l. 7. §. 1. *de I. & I.* Vnde tot edicta nata, quæ ab
 initio annua erant Dn. Stryk. *cit. §. 24. conf.*
*Id. *tr. de success. ab intest. diff. p. pr.** Edicta erant
 vel generalia vel specialia: inde tit. *quod*
quique iuris, et sub his processus Romanus no-
 uam formam accepit: vnde adhuc tot conclu-
 siones in Iure Ciuili. Dn. Thomaf. *Nau. iu-*
ris p. c. 7. Huc pertinent quoque Edicta Ædi-
 lium Id. c. 8. & Proconsulum.

7. Sæta porro accedebant, de quorum ritu
 Dn. Stryk. §. 24. *cit. l.* Plenius rem ex antiqui-
 tate descripsit Bachou. *in πρῶτοις p. 38. seqq.*
 Conf. Gell. *N. A. l. 14. c. 7.* Briffon *de formul.*
lib. 2. p. 183. seqq. Quin & ICTis peculiariter
 tus de iure respondendi datum, inde respon-
 sa

sa eorum vim legis acceperunt, præcaueri tamen non potuit, quin in varias Icti diuiderentur sectas. *l. 2. §. 48. seqq.*

8. Facta est noua accessio Iuri Romano per Constitutiones Imperatorum, translato in eodem Imperio per L. Regiam, quam non fuisse figmentum docet Huber. *in digress. P. 1. lib. 1. c. 16.* Schubart, *cit. l. Ex. 3. §. 34. seqq.* Conring. *ad Lampad. p. 2. §. 9.*

9. Ex tot partibus iuris confusio ingens orta, quam corrigere instituere Pompeius, dein Cicero, et Iulius Cæsar Schubart *de Fa. iurisp. Ex. 3. §. 1. seqq.* Sed Cæsare mortuo res exitu caruit. Dn. Thomaf. *cit. l. lib. 2. c. 1.*

10. Ediçta Prætorum sub Hadriano post congesta Ediçti perpetui nomen acceperunt. vid. Io. Gothofred. *in Man. iur. c. 3. p. 14.* Vnde tot commentaria Içtorum orta. Sed & constitutiones Imperatorum subsequentiũ augmentum Iuri attulerunt, in tres codices postea collectæ. Gentilium quidem collegerunt Hermogenes & Gregorius. Vnde codex Hermogenianus & Gregorianus, de quibus vid. Iac. Gothofr. *in Prolog. ad Cod. Theod. c. 1. p. 183.* Christianorum Constitutiones collectæ sub Theodosio Iuniore, vnde Codex Theodosianus, *Id p. 184.* ad quem stupenda industria et iudicio limato commentatus est Iacob Gothofredus.

11. Sub Iustiniano Imperatore (de cuius pro-

sapia vid. Dn. Stryk. *in præcogn. c. 2. §. 1. seqq.*

Procopius in *anecd.* cum iudicio tamen, (enodis) in nouam formam redactum ius antiquum confusum, Codex Iustinianus primo constitutus. Dein ex veterum Ictorum scriptis collecta, vna cum Institutionibus eodem die publicatis Dn. Stryk, *cit. l. c. 2. §. 7. seqq.* Multa de suo addidit Tribonianus. Vnde tot eruditorum querelæ de emblematis, de quibus agit Wissenb. vid. Hottomanni *Anti-Tribonian. c. 11. seqq.* De ordine & diuisione Digestorum egit plenius Dn. Stryk. *cit. l. §. 13.* & Cornel. von Eck. *b. t. n. 15.* Tres editiones hodie prædicantur, *Vulgata, Haloandrina & Florentina*, de quibus vid. Dn. Stryk. in *Not. ad Lauterb. ad præf. p. 4. seqq.* & disp. nostr. *de scriptur. non legibil. c. 2.* Maurit. *diff. de libri Iur. Comm. §. 9. seqq.*

12. Abrogauit vero Iustin. codicem priorem, nouumque *repetita prælectionis* dictum concinnari curauit, cui insertæ sunt 50. decisiones §. 1. *const. de emend. Cod.* Dn. Stryk in *præf. c. 2. §. 18. seqq.* Hinc Codex derogat Digestis. Dn. Pagenstech. in *Sicil. manip. 1. p. 3. seqq.* Ordo constitutionum iuxta ætatem Imperatorum initus. Leges vltimæ optimæ. Edidit dein Nouellas, de quibus notabilia vid. apud eund. §. 27. & Maurit. *cit. l. §. 16. seqq.* ex his compendia ab incerto autore addita Codicis, sub nomine *authenticarum*, vid. von Eck. *cit. l. §. 19.* Maurit. *cit. l. §. 15.* quæ Nouellis prævalent Id. *ad Lauterb. p. 6.* quibus Fridericorum

corum constitutiones post insertæ vid. *Auth. Habita. C. Ne filius pro patre. auth. sacramenta puerum C. si aduers. vendit.*

13. Agitur simul h. t. de successione prudentum, quam materiam ex professo exposuit Cornel van Eck. *b. t. n. 22. seqq.*

14. Post Iustinianum euiluit quodammodo auctoritas iuris Iustiniani: varia enim in Italia iura obseruata Conring. *de Orig. Iur. Germ. c. 20.* Dn. Stryk. *cit. l. c. 38. 3. seqq.* mansit tamen adhuc aliqua huius iuris obseruantia, Conring. *c. 20.* In oriente vero etiam variam experta fortunam Iurisprudentia Romana, & fere obsoleta, maxime per libros Basilicorum, Struu. *et I. th. ult. Maurit. cit. l. §. 18.*

15. Eius auctoritas rursus creuit seculo XII. Conring. *de Orig. J. Germ. c. 23.* de cuius occasione vid. Struu. *ex. 2. §. 24.* Fabulam de Lotharii rescripto optime detexit Conring. *cit. l. c. 21.* & Conradus Sincerus *de German. LL. & Iuris Romani Orig. & aut.* Sensim itaque in Italia rursus vbique inualuit, postquam in scholis leges explicabantur, & deinde Fridericorum iussu authenticæ quædam Codici inferebantur, ex qua insertione vsus quoad Germaniam non infertur. Sincerus *cit. l. p. 48.*

16. Transiit vero ad Germanos seculo imprimis XV. constitutis in Germania Academicis, Sincerus *cit. l. p. 50.* Quanquam alii iam vsu eius seculo XIV. fuisse velint vid. Dn. Hert. *de Consult. LL. & iudicis in special. Republ. §. 14.*

Primum quidem in scholas, a scholis sensim
 eorum, saluis tamen iure Canonico iam an-
 te recepto & Legibus patriis, nulla tamen ex-
 pressa sanctione. Conring. *d. O. I. G. c. 33.*

17. Apud Germanos olim plus valebant bo-
 niniores, quam apud alios scriptæ leges. Con-
 ring. *d. O. I. G. c. 1.* Sensim tamen, literis bo-
 nis apud eos introductis, vsus scriptarum apud
 eos inualuit: Id *c. l. c. 2.* & imprimis celebris
 fuit *lex Salica* Francorum, de qua multa egregia
 Dn. Cocceius peculiari oratione conges-
 sit hæc a Corolo M. Dn. Stryk. *V. M. prof. §. 7.*
 & tandem ex iure scripto & moribus collectio
 facta sub titulo *Speculi Sueuici*. Gold. *in prof.*
der Reichsstatuten. Aliorum populorum sci-
 ta erudite persecutus est Conring. *laud. tract.*

18. Habuere & Saxones suos peculiare mo-
 res, qui collecti in speculo Saxon., cuius tamen
 auctor imperite asseritur Carolus M. Dn. Stryk
cit. l. §. 9. Dn. Hertius *diss. de Consultat. LL. &*
iudic. in special. R. Germ. Imp. Rebuspubl. §. 13.
Maurit. introd. in praxin. for. §. 21. Atque hæc
 duò celebriora iura sunt, secundum quorum
 obseruantiam vicariatus diuisi in *A. B. c. f. conf.*
 Dn. Coccei. *de Leg. Sal.*

19. Ceperunt fora Germaniæ sec. XIII. nouo
 iure vt, Pontifice ius Canon. publicante, Anno
 1230. Penetrauit itaque ad Germanos, diu
 antè ius Iustinianæum, & inde tritura fori ad-
 huc hodie dependet Conring. *c. 26. conf.* Dn.
 Hertius *cit. l. §. 14.* Ipsam compilationem satis

erudite recenset Zieglerus in *diff. pralim. ad Lancell.* & B. Link. in *disc. pralim. ad Decret.*

20. Sic itaque, quod dolendum, introducto simul iure Iustiniano, vario & ambiguo uti cepit Germania iure; sed ius Romanum caput extulit sub Maximil. I. constituta Camera. Vnde & in Recept. subsequentibus sæpius ad ius Romanum prouocatum, quanquam per vocem *gemeine Rechte* / non solum ius Romanum intelligi debeat. Sincerus *cit. tr. p. 90. seqq.* Vbique tamen receptum est ius Romanum in subsidium saluti consuetudinibus Germaniæ. Id. *p. 91. seqq.* Dn. Stryk. in *V. M. praf. §. 27. seqq.* Maurit. *de libr. iur. commun. §. 22.* Schilt. *pr. I. R. Ex. 1. §. 22.* quanquam non vbique vsus huius iuris idem sit. Mirandum vero, quod & inter Principes receptum sit, quæ receptio tamen magis nititur tacito pacto.

21. Quoad obseruantiam horum iurium denique notandum (1) respiciendum ad Statuta loci (2) ad Iura prouincialia (3) ad consuetudines Germaniæ vniuersales: Vnde studium Iuris Germanici coniungendum cum iure Romano, in quo sæpe feliciter præiuerunt Schilter in *pr. iur. Rom.* & Dn. Stryk in *V. M.* (4) ad iura subsidiaria seu communia, ius Romanum & Canon. Dn. Hertius *diff. de consult. LL. & iudic. in special. R. German. Imp. Rebus publ. §. 15.* vbi docet, quatenus ius Romanum per singulas prouincias Germaniæ obtineat.

TEXT. NOTAB.

L. 2. §. post originem 13. §. Seruius 43. §. post hunc 47.

Tit.

Tit. III. (l. 14. 16.)

De legibus SCtis & longa Consuetudine.

1. **D**E lege in genere & diuisionibus iam *tit. 1* actum. Agitur vero hic de lege in specie dicta, & hoc sensu satis commode dicitur *Sponsio Ciuitatis in l. 1. b.* dum in statu Democratico leges per conuentionem ineuntur. v. *Huber. b. §. 3. seqq.*

2. Ceterum tradit Rubrica legem tum scriptam tum non scriptam. Illa requirit *expressam promulgationem*, quæ sufficit, licet scriptura non accesserit, sed vtiliter tantum ei adhibetur *Meu. ad ius Lub. Q. pral. 1. n. 43. seq.* Hæc contenta est tacita voluntate, de qua infra. Vnus huius diuisionis est (1) quod ius scriptum, non sit probandum, bene tamen alterum (2) quod illius ignorantia non tam excuset quam huius. (3) Doctore facilius credatur asserenti de iure scripto quam de non scripto &c.

3. In lege in genere potissimum sequentia, requisita sunt consideranda. (1) *Ferenda est ab eo, qui gaudet summo imperio. l. ult. C. b.* Vnde in Imperio Leges vniuersales conduntur ab Imperatore & Statibus *art. V. §. gaudeant l. P.* Idem dicendum de interpretatione authentica. *per §. gaudeant.*

4. Concludo inde (a) Status imperii ob superioritatem territorialem habere ius legum

condendarum *proprio iure*, aliquando tamen ex conuentione cum statibus prouincialibus ad horum consensum esse adstrictos. vid. Dn. Hert, *diff. de consult. LL. & iudic. special. R. Germ. Imp. Rebus publ. §. 3. seqq.* Condunt vero LL. etiam Iuri communi & R. I. derogantes Dn. Stryk. *V. M. b. §. 6. 7. 8.* Dn. Thomaf. *diff. de statutum imp. p̄test. legisl. contr. ius comm.* licet ipsi Principes vi pacti ad obseruantiam Recesuum sint obstricti. Vnde & Camera pronunciare debet secundum loci statuta. *Ord. Cam. p. 1. t. 57.*

5. Concludo (β) Magistratus subalternos in Ciuitatibus municipalibus (nam de *liberis* idem iudicium esto quod de Statuum iure. Knipschild *de Ciuit. imp. l. 2. c. 10. n. 5.*) Leges haud condere posse. Condunt tamen aliquando *Statuta*, vel ex licentia superioris, & quidem vel absque confirmatione superioris, si priuilegium expressum vel tacitum id admittat, vel cum confirmatione Struu. *Ex. 2. §. 24.* Ex concessa tamen Iurisdictione omnimoda non statim fluit ius statuendi, nisi quoad ea, quæ administrationem Iurisdictionis respiciunt *arg. l. 2. ff. de iurisd. Meu. 7. Dec. 306.* Facilius autem admittuntur statuta conuentionalia cum ciuibus inita.

6. Concludo (γ) Collegia & alias vniuersitates non alias posse ordinationes facere, quam de rebus collegii. Sint vero (ι) licitæ. Vnde reprobantur mores collegiorum deprauati, de
qui-

quibus Hahn. speciali diff. agit, conf. Brunn. *ad l. f. ff. de colleg. & corp.* (2) de rebus suæ professionis conceptæ (3) confirmatæ a superiori, quæ confirmatio in praxi vt plurimum requiritur. Hahn *ad W. b. n. 3.* Struu. *cit. l.* •

7. *Leges (II) ferantur verbis dispositiuis.* Vnde semper discernenda verba dispositiua ab enunciatiuis. v. Dn. Io. Sam. Stryk *in not. ad prom. l. pr.* Exemplum est in A. B. de septenario numero Electorum. Verba itaque assertiua non habent vim legis.

8. *Prescribantur (III) subditis.* Forenses ordinarie non ligant. conf. Dn. Coccei. *de potest. in territ. fund. tit. 2. §. 6. seq.* Dn. Stryk. *diff. de iur. Princ. extra territ. c. 3.* Meu. *ad Ius Lubec. qu. 4.* Dn. Hertius *de Collis. Leg. Sect. 4.*

9. Vnde infero (i) Principem ipsum non obligari legibus a se latis *l. 31. b. de regulis iustitiae* : aliquando tamen ex regulis prudentiæ *l. 4. C. b.* Vti Imperator ex conuentione ad LL. publicas seruandas obstringitur Dn. Stryk *V. M. b. r. §. 9.* Augusta ex priuilegio eodem iure utitur, quo Princeps; *cit. l. 31.* quanquam in aliis diuerso iure uti possit. vid. *l. 56. & 57. ff. de Leg. 2.*

10. Porro (2) obligantur omnes subditi & sic etiam Clerici, frustra iure Canon. nitente in Contrarium *c. 4. X de iudic.* Ziegl. *in pral. ad c. 10. cit. 1.* Dn. Cocceius *in diff. de fundata in territ. & plur. loc. concurr. pot. tit. 3.* Quoad modum obligandi distinguendum est : Aut enim lex

præcise sub pœna quid iubet, & sic subditi obligantur in conscientia: aut tantum pœnam nullitatis actui adscribit, & sic actus tantum est nullus: aut vero lex tantum facultatem legitime aliquid faciendi tribuit: & sic in arbitrio agentis est, velitne iure eo uti nec ne. *l. 7. ff. b.* Vnde leges præcipientes nullamque pœnam habentes sunt imperfectæ. Vlp. *in tit. 1. §. 1. 2.*

11. Ita vero ulterius (IV) *ferantur, ut intelligi possint ab omnibus. l. leges. p. C. b.* Hinc necessitas promulgationis, & quod ignorantia Iuris non excuset. Aegre tamen hoc applices ad LL. Romanas idiomate peregrino latas. Nicol. Praefchius *de Icto vero & person. §. 17.* Dn. Hert. *diff. de consule. LL. & Iudic. in special. Rom. Germ. Imp. Rebus publ. §. 15.* Vnde oritur necessitas certificationis iurium Dn. Io. Sam. Stryk. *diff. de certior. Iur. renunciand. Cap. I.*

12. Hinc caute Leges constituerunt bimestre spatium, ut interim ignorantia præsumatur *Nou 66. c. 1.* quanquam scientem obliget, nisi certum tempus legi additum, a quo obligare debeat. vid. Reform. Pol. *de anno 1577. t. 18. in f.* Recessus tamen Imperii ante insinuationem non ligat Cameram Blum. *Proc. Cam. t. 2. §. 9.*

13. Leges (V) *generaliter constituuntur. l. 8. b.* possunt tamen certæ personæ esse occasio legis generaliter post obligantis *l. f. C. b.* Sæpius etiam ex legibus ff. de particulari casu loquentibus generale axioma deducitur.

14. *Ferantur* (VI) *de rebus futuris. l. 7. C. b. Ex iusta causa* tamen possunt ad præterita trahi, præfertim si lex disponat de facto naturaliter turpi: Exemplum est in *l. 3. C. de pact. pign.* Aliud quoque est, si lex sit tantum declaratiua prioris. Huber *b. 1. §. 10. conf. Meus. 5. Dec. 277.* Ratio vtilitatis publicæ idem operatur *l. P. art. 5. conf. Magdeb. Wechsel. Recht art. vlt.* Non vero in fraudem fieri debet. Stephan. *ad Nou. 9. n. 28.*

15. *Ferantur* (VII) *de rebus iure diuino non determinatis*, licet ex iusta causa Iuri N. aliquid addi vel detrahi possit *l. 6. ff. de l. & l. Dn. Hert. de collis. leg. sect. 3.* (VIII) *de rebus vt plurimum accidentibus. l. 3. seqq. h. s. conf. Dn. Stryk. ad Lauzerb. h. p. 25.* (IX) *possibilibus.* Vnde leges conscientix vim inferentes reprobandæ. Semper humanitatis ratio habenda.

16. Obligant leges semel latæ eousque, donec Princeps vult. Hinc tolluntur lege contraria vel consuetudine *l. 32. §. 1. in f. b.* vel pro parte vel in totum, non obstante clausula: *legis in perpetuum valitura.* de qua vid. Dn. Hert. pec. differt. Solus non vsus non sufficit: operatur tamen, ne lex extranea possit dici recepta. Mutantur quoque leges tacite, mutato statu. vid. Dn. Iac. Brunnem. *de mut. A. B. ab init.* Non tamen cum mutatione confundenda dispensatio & interpretatio restrictiua.

17. De SCTis & responsis prudentum dictum ad tit. de O. I.

18. Ius non scriptum conspicitur in *Consuetudine*

dine, quæ est ius tacito consensu principis per actus ciuium idoneos introductum. Ab hac differt *obseruantia imperii*, quæ magis nititur tacito Statuum pacto. Cum legis vigorem habeat, hinc legis quoque requisita hic obseruanda.

19. Peculiariter autem duo generaliter requiruntur [1] tacitus summæ Maiestatis consensus, qui tum ex lubenti permissione, tum etiam exinde inducitur, quod iudices generaliter iubeantur iudicare secundum leges & consuetudines. [2] Aptitudo actuum per quos inducitur. Hoc respectu dicitur *facti* & sic probanda, Struu. *Ex. 2. tb. 21.* nisi sit notoria, uti sunt consuetudines feudales. De modo probandi consuetudinem vid. Schilt. *Ex. 2. §. 20. seqq.*

20. Aptitudo actuum debet esse ita comparata [1] Actus sint *plures* pro natura negotii: Vnus non sufficit. [2] *Diurni*. Certum tamen tempus hic non est expressum, Dn. Stryk *V. M. b. 12.* nisi iure Sax. [3] *Vniformes* & non interrupti; unde est exceptio interruptæ consuetudinis Schilt. *cit. l. §. 21.* [4] *Voluntarii*. Actus per vim metumque gesti nihil operantur [5] *ex opinione necessitatis suscepti*. Actus per transactiones & amicabilem compositionem gesti inepti sunt. [6] *Rationabiles*. h. e. Iuri Nat. non contrarii, licet aliquando princeps tolerare debeat mores corruptos ob deprauatum statum.

21. Referunt huc etiam obseruantiam fori, quæ

vel intelligi debet de stylo Curix, & hinc notanda, vel de modo pronunciandi in mentis causa, & tunc hic applicanda, quæ de v. s. interpretatio dicta. conf. Dn. Thomaf. *de iure Consuet. & Observ.*

22. Communes opiniones quatenus tales ius hinc faciunt; sunt enim (1) sæpe communes errores (2) Dantur opiniones communes contra communes (3) alias interpretatio Dd. eandem vim haberet ac quidem authentica. Probabilitatem tamen operantur. conf. Dn. Stryk *in F. M. b. §. 13.*

TEXT. NOTAB.

L. 3. l. iura non in singulos 8. l. non possunt 12. l. quod vero 14. l. ius singulare 16. l. iure 17. l. non omnium 20. l. iniuile. 24. l. non ad nouum 26. seqq. l. principes 31. l. cum de consuetudine 34. & 37. l. quod non ratione 39. *Ex Cod. l. digna 4. l. non dubium. 5. l. quod fauore. 6. l. Regs. 7. l. 9. l. si imperialis vlt.*

Tit. IV. (I. 14. 16.)

De Constitutionibus Principum.

1. **C**onstitutiones Principum sunt iussus Principum emanati in hunc finem, vt legis habeant vigorem. Vnde facile distinguuntur ab *Epistalmate* (de quo vid. *disp. nostr. Aug.* sub Præf. Dn. Stryk.) & hodiernis rescriptis, & decretis in summis tribunalibus nomine Principis latis, vt & orationibus Principum, de quibus frequenter fit mentio in *Iure*, & præcedebant *SCta l. 8. pr. de transact. l.*

33. *de donat. inter V. & V. l. 20. §. 6. ff. de hered. petit.*

2. Sunt vel generales vel speciales. Differunt in effectu quod illæ generaliter obligent, hæ vero certas tantum personas respiciant, : illæ ius commune faciant: hæ vero contra ius commune sint indultæ vid. *l. 1. ff. ad munic. l. un. C. de Theſaur.* illæ enim faciunt regulam, hæ exceptionem. Vnde in illis interpretatio ordinaria admittitur, non in his, *l. 14. ff. de LL.*

3. Ad generales ſpectant Reſcripta, Decreta, Ediſta, Olim quoad effectum obligandi non erat differentia *l. ult. C. b.* Bene tamen hodie, ita vt Ediſta & Mandata legem quidem faciant, ſed non Reſcripta & Decreta, ſed tantum ius inter partes, adeo vt nec ſententia in Camera lata ius faciat Dn. Stryk *V. M. b. §. 1. ſeqq.* Manet tamen quoad effectum adhuc illa differentia inter Decreta & Reſcripta, quod illa intra decennium ſint impugnanda, quod fatale tamen reſcriptis non eſt præfixum Dn. Ludouici in *Vf. Præſt. Diſtinct. h. t. Diſt. 1.* His tamen ineſt clauſula: *ſi præces veritate nitantur,* non illis. *c. 2. X. de Reſcrip.* Reſcripta Principum examinari debent a quolibet iudice inferiore, *l. 7. C. de. præc. imp. offer.* ſed non decreta eorum &c.

4. Ratione eſſentia ita differunt. *Reſcriptum* ſit (1) ad preces preciſtæ (2) in gratiam preciſtæ, idque (3) vel ad gratiam ei exhibendam, vel iuſtitia curſum promouendum. *Decreta* ſupponunt

portant (1) litem (2) præcedentem causæ cognitionem, (3) ipsam litis decisionem. *l. 12. C. de LL. E-*
ditum fit proprio motu in gratiam subditorum ;
 fructu certarum personarum proprio motu
 quid iubeatur, est *mandatum* & in scriptis ordi-
 nate producendum *l. 1. C. de Mand. Princ.* nisi (1)
 mandatū emanet in loco, vbi Princeps præfens
 (2) *periales*, per quos omnia sua expedire solet
 vid. disp. cit. *d. lur. Epistalm. c. 1. n. 22.* sed tunc
 ad speciales spectat.

5. Quoad rescripta iustitiæ peculiariter,
 notandum (1) *preces debere esse veritati confor-*
mes; vnde est exceptio sub- & obreptionis. Fal-
 sitas tamen non præsumitur, nisi alix concu-
 rant circumstantiæ. Dn. Stryk. *de falsit. prec. princ.*
obt. c. 3. & c. 4. (2) *rescriptum ipsum debere esse legiti-*
me infinuatum. ante nullum habet effectum. *c. 59.*
de Appellat. Engel. *tit. de Rescript. n. 18.* quæ in-
 finuatio etiam post annum fieri potest. *l. 2. C. de*
diuors. rescript. nisi impetrans dolo vel culpa in-
 finuationem omiserit, & aduersarius contrari-
 um infinuauerit *c. plerumq; 23. X. de rescript.* Dn.
 Schilter *Ex. 1 §. 21.* (3) *pendente lite non impetratum.*
l. 2. C. ut pendente lite, nisi pro maturanda senten-
 tia. Brunn. *ad d. l. n. 2.*

6. Ad speciales spectat *privilegium*, quod
 contra tenorem iuris communis alicui quid
 indulget, *l. 77. C. de Thef. l. 1. ff. ad munic.* estque
 vel *reale* vel *personale*. Illud rei cohæret, et
 transit ad omnem possessorem : sed hoc cum
 per-

persona expirat. *l. 68. l. 169. d. R. I. l. I. § 43. ff. de aqu. quot. § est.*

7. Datur & *mixtum*, quod ex singulari iuris dispositione vel conuentione ad aliquot heredes transit, veluti si alias priuilegium priuilegiato foret inutile. Dn. Stryk. *ad Lauterb. b. p. 20.* Pertinet huc priuilegium competentiae *l. 18 pr. ff. sol. matr. restitutionis in integrum l. 6. de restit. in integr. l. 19. de Minor. S. Cti Vellei. l. 7. §. i. de except.* cetera exempla huc spectantia pererudite excutit Dn. Hertius *diff. de transit. priuileg. personal. ad alios. §. 4. seq.*

8. Deinde aliud est mere *gratiosum*, aliud *conuentionale*. Illud ex mera gratia Principis fuit: hoc vero supponit titulum onerosum, vel bene merita. Hahn. *ad W. b. n. 2.* Differunt in effectu, quod hoc ægre reuocetur ob pactum, quod etiam Principes stringit, imò & successores. Struu. *Ex. 2. sb. 30.* facilius illud: illud magis præsumitur personale, hoc reale, cum & pactis heredibus soleamus prospicere.

9. Quoad naturam priuilegii notandum, requiri (I) *ut sit legitime impetratum*. Concedit autem priuilegium, qui leges condit. Vnde & Status Imperii priuilegium concedunt, intra territorium. Dn. Stryk. *V. M. b. §. 10.* non vero regimen. Meu. *6. D. 420.* ne tamen derogent priuilegiis Imperatorum vniuersalibus Dn. Stryk. *cir. l. §. 11.*

10. Vltorius (II) *ut præter ius commune quid concedat*; vnde semper interpretatio facienda,

*l. i. ff. ad munic. & vt effectum habeat, uti com-
mode intelligi potest l. pen. ff. b. t. ibi: plenissime
conf. Dn. Thomaf. de interpret. benef. princ.
Neque enim ICTis interpretatio hæc denegan-
da. l. ex facto 43. fin. ff. de V. & P. subst. Dn. Stryk
de interpret. priuil.*

11. Ne (III) *ladat ius tertii*. Vnde in omni pri-
uilegio subintelligitur clausula: *Saluo iure ter-
tii*. Klock *de Aerario l. 2. c. 5. n. 34*. Sic itaque
imperator concedere non potest priuilegia in
pæiudicium Statuum *Cap. Leop. §. 3. & 44. in f.*
vel contra leges publicas.

12. Vt (IV) *legitime ei insinuetur, quem concer-
nit*. Carpz. *P. 2. C. 25. d. 416*. alias de violatione
eius agi nequit.

13. Vt (V) *legitime exerceatur*. Sic itaque amitti-
tur *non vsu*, vbi decennium sufficere volunt *arg.*
*l. ff. de nund. modo [1] casus acciderit, quo uti
licuit Carpz. P. 2. C. 3. d. 23. [2] iusta causa non fuit
impeditus Meu. 2. D. 1. [3] Vfus in priuilegiati li-
bero arbitrio non fuerit positus Richt. 2. Dec. 86.*

14. Deinde ex eodem fonte amittitur *abusu*.
c. 63. q. 3. c. 11. veluti si quis abutatur Iurisdicti-
one nimium sæuiendo in subditos vel admit-
tendo actum priuilegio directe contrarium.
Enenkel de priuil. lib. 3. c. 15. n. 14. seqq.

15. In concursu quomodo recte exerceatur,
vid. Dn. Stryk. *de iure priuileg. contr. priuil. Regu-
lariter priuilegiatus contra priuilegiatū utitur
iure communi, l. 11. §. 6. de Minor. suppositis his cir-
cumstantiis [α] si par utrinque priuilegiati sit
conditio*: aliud itaque si alter certet de damno
vitan-

vitando, alter de lucro captando. Brunnem. *ad cit. l. n. 11.* [3] *si priuilegium ipsum sit equalis roboris.* Potentius enim vincit minus forte, & speciale generale Berlich. *P. 2. dec. 237. n. 8.*

16. Tam diu autem potest exerceri, donec [1] reuocetur vel ab ipso concedente, quod supposita causa iusta fieri potest; maxime si ad beneplacitum concessum; alias non facile, imprimis illa, quæ titulo oneroso concessa. Struu. *Ex. 2. tb. 30.* Plenius de hac materia actum in Obseruat. Hallenf. *tom. 3. Obs. 15. 16. & 17.* vel ab eius successore. Distinguitur tamen vtrum, succedat ex titulo vniuersali an singulari: ille præstare debet facta defuncti, non hic, nisi propter vtilitatē publ. priuilegium concessum Hahn *ad W. b. n. 2.* Vnde confirmatio successoris vtilis est Dn. Stryk. *ad Lauterb. b. p. 33.*

17. Deinde (2) donec tempus, ad quod concessum, sit præterlapsum, & tandem [3] donec res, cui priuilegium cohæret, interierit, vel qualitas personarum, quam respexit, cesset *l. 6. §. 13. de excus. sur.* Priuilegia tamen, quæ magis propter dignitatem quam officium concessa, durant cessante officio in memoriam pristinae dignitatis *l. f. de decur. l. 17. C. de Quæst. Brunnem. ad tit. C. de excus. mun. n. 19. 20.*

TEXT. NOTAB.

L. beneficium. 3. *Ex Cod. l. si quis 1. de mand. Princ. 1. nec damnosa 3. l. rescripta 7. De precib. Imp. off. 1. supplicare 2. Ut lit. pend. 1. præscriptione 2. l. etsi non cognitio 4. l. Etsi legibus 5. l. omnes 6. si contra ius l. sancimus 3. l. Vniuersa 7. de Diuers. rescript.*

Tit. V.

De Statu Hominum.

1. **I**vs pro facultate sumtum *persona* competit. *Persona* autem *iuridice* accepta consideratur cum suo statu. Status autem est certa qualitas hominem afficiens, secundum quam diuersis ab aliis fruitur iuribus.

2. Status autem hominum consideratur vel *generaliter* vel *specialiter*. Generalis consideratio quemlibet statum sub se complectitur. Puffend. *de I. N. G. l. 1. c. 1. §. 6.* & ita homo multiplex in Statu esse potest, seu plures gerere personas. Dn. Hertius *diff. de vno homine plures sustinente personas*. Specialis vero dirigitur ad civilem statum, libertatis, ciuitatis, & familiar. Vtramque considerationem hic titulus complectitur. *v. l. 9. 7. & 10. b.* De vsu post.

3. Quoad generalem considerationem occurrit hic differentia inter masculos & feminas & hemaphroditos. In dubio iisdem fruuntur iuribus. Aliquando tamen deterior est conditio seminarum *l. 9. b. l. 2. ff. de R. I.* aliquando melior quam masculorum *l. 12. C. qui pot. in pign. l. 5. §. 1. C. ad l. lul. mai. t. 1. ff. & C. ad Sc. Vellei*. In summa, dignitatis priuilegio masculi, imbecillitatis vero feminae gaudent Huber. *b. §. 3. conf. Carpz. de singul. Iur. femin. Prukman. de differ. veriusque sex. quin & statutis plura vtriusque sexus distincta iura superaddi possunt*. Dn. Io. Sam. Stryk *diff. de iur. sing. femin. Hamburg.*

burg. Hermaphroditus sexui prævalenti annumeratur *l. 10. b. l. 15. §. 1. de test.* In dubio habentur pro masculis, imo statur quoque eorum electioni Brunn. *in repet. parat. b. q. 4.* iuramento confirmandæ. Dn. Stryk. *de iur. sens. diss. I. C. 1. n. 62.*

4. Alii præterea sunt nati, alii nascituri. In natis quoad effectus iurium requiritur [1] *ut fuerint nati viui.* Dn. Stryk. *de success. ab intest. diss. I. c. 2. §. 14.* in dubio præsumuntur nati viui Carpz. *P. 3. C. 17. Def. 20.* [2] *perfecte nati*, & sufficit, si exfecti ventre matris sint *l. 132. §. 1. l. 141. de V. I. S. 6. de inoff. testam. l. 12. de lib. & posthum.* Qui decedit in partu, antequam plene separetur a matre, vixisse non censetur. Carpz. *ibid. d. 17. n. 5. 6.* [3] *ut fuerint nati forma humana.* Monstra itaque natorum nomine non complectuntur *l. 14. b.* profunt tamen ad pœnas orbitatis euitandas *l. 135. D. V. S. Hahn. ad W. b. n. 3.* a quibus differunt imperfecti. *l. 12. §. 1. cit.* Dn. Stryk *cit. l. §. 29.* [4] *ut natiuitas fuerit certa.* Vnde dubium, quisnam prior ex gemellis in dubio censeatur natus? Vid. *l. 15. b.*

5. Si porro nati considerantur quoad statum legitimitatis, vltterius [5] requiritur, *ut iusto tempore fuerint editi*, id quod in dubio præsumitur. Carpz. *cit. def. 20.* Et quidem legitimum tempus post nuptias olim erat septem mensium *l. 12. b. l. 3. §. 12. de suis & legit.* Verum hodie ad tempus partus respicitur, & legitimus est, qui post sponsalia nascitur.

l. 11. C. de natur. liber. Ad pœnam tamen anticipati concubitus parentibus infligendam pertinet terminus ciuilis in *l. 12.* vt tamen non præcise obseruetur, nam & partus sextimestris legitimus esse potest. Dn. Stryk *V. M. b. §. 14.* Legitimum tempus post finitum matrimonium extenditur ad initium mensis undecimi. Id. *de S. ab int. cit. l. §. 17.* Hahn. *ad W. b. t. n. 3.*

6. Nascituri habentur pro natis fictione iuris. *l. 7. §. 26. b. t.* suppositis his requisitis (1) *vt agatur de favore ipsius partus.* Tertio non profunt *l. 2. §. 6. de excu.* nisi per consequentiam. Lauterbach. *b. inf.* (2) *Vt etiam post eo modo nascantur,* prout *n. 4. §. 5.* dictum (3) *Vt negotium possit differri in tempus nascendi.* Aliud si tempore ipsius actus requiratur absoluta perfectio. Hahn. *ad W. b. n. 3.* verb. *pro natis hab.* Struu. *Ex. 3. tb. 2.* His concurrentibus omnia iura illis integra seruantur *v. l. 3. ff. si pars hered. pet. l. 1. de Ventr. in poss. mitt.* Dn. Pagenst. *de Ventre.*

7. Status ciuilis seu specialiter consideratus habet hæc a priori consideratione singularia, (1) quod constituat *ius personarum,* oppositum iuri rerum (2) quod inde descendant peculiæres actiones *preiudiciales* scil. *§. 13. l. de act.* (3) quod diuersitas iurium in hoc statu consistat in iure connubiorum, testamentorum & contractuum. Dn. Stryk. *V. M. b. §. 6.* (4) quod mutatio huius status capit deminutionem post se trahat.

8. Status hic triplex est. Primus est libertatis, & sic sunt homines vel *liberi* vel *serui*: atque hæc distinctio etiam apud Germanos antiquos fuit cognita, sed non sub iisdem iuribus. vid. Dn. Thomaf. *de homin. propr. & liber. German.* Dn. Schilt. *Ex. 3. tit. 1. seqq.* Dn. Hertius *speciali Diff. de hominib. propriis S. 1. §. 1. seqq.* Vnde dantur adhuc hodie *proprii homines*, qui considerati secundum ius Romanum iure liberorum hominum gaudent Dn. Stryk *in V. M. b. §. 5.* Durissimus tamen eorum status est, ut fere secundum ius gentium considerati seruis annumerari queant. Dn. Hertius *cit. l. sect. 1. §. 6.* Nam etiam in Westphalia manumittuntur, quod de seruis proprie prædicatur. Iura horum variant. conf. *Meu. vom Zustand/abfoderung und abfolge der Bauren.* Struu. *Ex. 3. §. 22.* Sigillatim iura priorum hominum explicat Dn. Hertius *cit. l. sect. 3.* Pertinent huc suo modo Wildfangi, de quibus vid. Pfefinger *in Comm. ad Vitriar. ius publ. lib. 3. tit. 12. §. 22. seqq.* & Dn. Hert. *cit. l. sect. 2. §. 2.*

9. Ceterum seruitus bello acquisita hodie defuit, quamvis Christianismo non aduersetur. Turcæ tamen & infideles bello capti iure retorsionis in seruitutem rediguntur, & quamvis Christiani ab infidelibus capti in seruitute degant, quoad effectus tamen, qui inter Christianos adhuc se exserere possunt, pro liberis habentur Dn. Schilt. *Ex. 3. §. 2. 3.*

10. Alter status est ciuitatis. Vnde distinctio inter ciues & peregrinos, inter quos olim differentia ingens. Maximam partem post sublata per *l. 17. ff. b.* quam bene explicat Dn. Schilt. *Ex. 3. §. 6.* & tandem per *auth. omnes peregrini C. Comm. de success. & Nou. 78. c. 5.* Habet adhuc usum quoad ius indigenatus seu Albinagii. Dn. Stryk *ad Lauterb. b. p. 37. (2)* quoad eos, qui iure communi imperii priuati propter delictum in statum veterum peregrinorum incidunt, quales sunt Banniti. Dn. Schilt. *Ex. 3. §. 10.* Dn. Ludouici *de Vsf. pract. distinct. iurid. dist. IV. b.*

11. Triplex porro ius Ciuitatis facit Dn. Schilt. *b. §. 7.* & sic totuplex erit peregrinorum ratio. (1) respectu totius imperii, & sic peregrini erunt, de quibus §. *antec.* dictum, qui proprie huius sunt considerationis. (2) respectu prouinciæ & territorii, & sic peregrini erunt, qui non sunt eiusdem territorii, vel iura territorii propria & peculiaria amiserunt ob delictum, quales sunt fustigati cum perpetua relegatione. Dn. Stryk *de success. ab int. disp. 12. c. 1. §. 5. & 6.* (3) respectu Ciuitatis municipalis, & his opponuntur forenses, qui iuribus Ciuium illius municipii non gaudent.

TEXT. NOTAB.

l. 5. §. 2. l. qui in vtero. 7. l. in multis. 9. l. quaeritur 10. l. septimo 12. l. Arescusa 15. l. in orbe 17. l. cum legitimæ 19. l. lex naturæ 24. l. ingenuum 25.

Tit. VI. (VIII. 47.)

De his qui sui vel alieni iuris sunt.

1. **T**ertius status est familiae. Vnde est distinctio inter patresfamil. & filiosfamil. Illi dicuntur. qui ius habent imperandi familiae, licet actu non dirigant. *l. 4. b. l. 195. ff. de V. S.* quid sit familia vid, *l. cit. 195. §. 2.* Huber, *b. §. 1.* Hi vero dicuntur qui adhuc subsunt patriae potestati. Vfus huius distinctionis per totum ius sese extendit.

2. Non vero sub hac rubrica tantum intelliguntur patres & filiifamil. sed etiam serui & Domini. Vnde etiam in h. t. agitur de iure domini in seruos. *l. 1. §. 2. b. l.* quod hodie magis historicum est. Vnde ad patriam potestatem reuertor:

3. Patria potestas est ius patri competens in liberos, eorumque bona, Romanis LL. specialiter informatum ad communem familiae utilitatem. Differt ab illa *reuerentia* ascendentibus indistincte debita, quia naturalis est. vid, *l. 4. C. de P. P.* Vnde iura reuerentiae debita, hic occurrunt, de quibus duplici disp. egit Dn. Stryk.

4. Poscit patria potestas (I) vt *legitimo exerceatur*. Debet esse pietas. *l. ult. ff. qui a parent.* non atrocitas. *l. 5. ff. ad L. Pompei.* Vnde cessat hodie ius vitae & necis. *l. f. C. de P. P. l. 11. ff. de lib. & posth. hered.* Remanserunt tamen ex illo

illo rigido iure quædam vestigia. vid. l. 22. §. 2. l. 23. ad l. Iul. de Adult. l. 2. C. de patr. qui fil. distinx. vid. omnino Meu. ad ius Lubec. lib. 1. t. 3. tit. 3. n. 9. seqq. Ceterum facultas coercendi liberos eosque intra priuatos carceres detinendi, vel ergastulo includendi, vt & exheredandi, & controuersias liberorum dirimendi iuxta l. 4. C. de P. P. parentibus eo ipso non est adempta. Dn. Coccei. disp. de iudic. mor. §. 12. Meu. cit. l. n. 11. In grauioribus potest magistratui puniendos offerre dicturo sententiam ex eius arbitrio. l. 3. 4. C. de P. P. quod declarat Meuius cit. l. n. 13. seqq.

5. Equidem exerceri debet (II) intra terminos *negotiorum familiae*. Neque enim eius ratio habetur in causis publicis l. 9. b. aut spiritualibus c. f. de iudic. in 6. aut in peculio castrensi aut quasi Meu. cit. l. n. 16. seqq. Ceterum fluunt ex hoc plures effectus v. c. quod absque parentum consensu nuptias non celebrent, quod inter patrem & filium sit identitas, & hinc liberi quodammodo heredes bonorum paternorum viuente adhuc patre, nec cum eo contrahere possint &c.

6. Denique (III) requiritur, vt legitime fuerit *acquiritur*. Acquiritur autem (1) procreatione ex nuptiis legitimis. Vnde qui constante matrimonio natus, legitimus habetur, & probatis nuptiis, probata est legitimitas. l. 6. b. r. quæ præsumptio est vrgentissima, vt nec matri credatur contrarium asserenti l. 29. §. 1. de probat. arg. l. si

quis ingraui. 3. §. 1. de SCt. Syllan. Imo sufficit natum esse ex sponfa *l. 11. C. de Nat. lib. & v-xore putatiua Dn. Hertius d. Matrim. putatiuo §. 22.* præsumtio tamen hæc per euidentiam facti eliditur *l. 6. pr. b. l. 1, §. 14. ff. de agnosc. vel al. liber. si filius desperet de probatione matrimonii,* consultū est, vt ad probationem quasi possessionis filiationis se cōferat, quæ quomodo ineatur docet Dn. Stryk *de Act. for. inuest. S. 1, M. 2. §. 20.*

7. Porro acquiritur per *legitimationem*, quæ est actus, quo filius illegitimus fit legitimus, & sic redigitur in patriam potestatem. Eius sunt tres species, per subsequens matrimonium. *l. 5. C. de Natur. liber.* per Rescriptum Principis *Nou. 89. c. 9.* & per oblationem Curix. Vltima hodie cessat.

8. Legitimatio *per subsequens matrimonium* requirit ad sui validitatem (I) *subsequens matrimonium legitimum c. tanta 6. X. qui liber sint legit.* sufficiunt tamen sponsalia, licet propter mortem sponfi *ισπολογία* accedere non possit. Meu. *2. D. 81.* Imo matrimonium in articulo mortis contractum sufficit *arg. l. 11. c. de Nat. lib. Struu. Ex. 3. tb. 20.* ob fictionem retrotractiuam. Aui matrimonium hunc habet effectum, vt nepos ex spurio iam defuncto natus non quidem fiat legitimus, quia ipso iure iam talis est, sed auo suus *l. 11. cit. Dn. Schilter Ex. 3. §. 13. seqq. Struu. cit. l. Huber b. §. 10.*

9. Olim (II) requirebantur *instrumenta dotalia.* Hodie vero superuacaneum est hoc requisitum

fitum ex principiis Iuris Can. Brandmull. *manud. I. Can. p. 191.* Harprecht. *ad §. f. I. de nupt.*

10. Olim (III) requirebantur *liberi naturales* ex concubina iam nati §. *f. I. de Nupt.* Alii ergo non legitimabantur. Sed hodie in spuris quibuscunque locum habet Hahn *ad W. b. n. 2.* & sufficit, liberos iam natos esse tempore matrimonii. Nam concepti tantum fiunt legitimi *Id. n. 2.*

11. Ad tamen (IV) necessarium est, vt tempore conceptionis matrimonium inter personas concumbentes potuerit subsistere, cum legitimatio retrahatur ad tempus conceptionis. Hinc natus ex damnato coitu ita non legitimatur. *N. 74. c. ult.* item natus ex Iudæo & Christiana. Hodie tamen, vbi locus potest esse matrimonio etiam per dispensationem, ibi etiam procedit legitimatio, vnde posset Adulterinus ita legitimari propter *c. tanta alleg.* Dn. Stryk *in V. M. b. §. 11. 12. 13.*

12. Neque (V) *Consensus ipsius legitimandi* est excludendus, cum inuiti liberi non redigantur in patriam potestatem, *l. f. ff. b.* ipsa tamen legitimatio absque effectu Patriæ potestatis fieri potest insciis liberis. Brunn. *ad del. l. f. conf.* Dn. Thomaf. *ad Strauch. diff. 4. tb. 13.*

13. Concurrentibus his requisitis, iura consequuntur legitimorum *l. 10. C. de natur. lib. N. 74. pref. N. 12. c. ult.* accipiunt literas natalitias daß sie echt und recht/ und aus einem Ehebette gebohren/ deren Eltern zu Kirchen und strassen ge-

gangen / Carpz. P. 2. C. 6. d. 15. admittuntur ad collegia opificum. Hahn. ad W. b. n. 2. verb. *per subsequens matrimonium*. Succedunt in feudis, Dn. Stryk. *de S. A. I. diff. 1. C. 3. §. 27. seqq.* In statutis iustorum filiorum appellatione includuntur Mev. *ad l. Lub. P. 2. T. 2. art. 10. n. 65.*

14. Superest tamen differentia inter legitimos & hoc modo legitimatos, nam legitimati non recipiuntur in Assessores Cameræ Myns. 4. O. 31. Sic & per statuta specialia excluduntur a feudis, vti in Marchia. Dn. Stryk *de S. I. A. cit. l. cap. 4. §. 21.* Idem de Ducatu Brunsvicensi & Magdeburgico refert Idem *in not. ad Lauterb. b. pag. 43.*

15. Ad legitimacionem per rescriptum Principis alia olim, aliã hodie requiruntur. Illa recenset Dn. Stryk *b. §. 15.* Hodie requiritur (I) *ut pramittantur preces*, quibus inferi debet, vtrum mater adhuc viuat Gail. 2. *Obs. 142. n. 2.* vt & reliquæ circumstantiæ, respectu parentum, natiuitatis, ætatis, baptismi, &c. & possunt liberi insciis & inuitis parentibus hanc legitimacionem petere. Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 18.* Illud itaque non requiritur, vt ipse pater preces obtulerit, Idem §. 17. (II) *ut fiat ab eo, qui potestate legitimandi fruitur.* Refertur autem ad iura Maiestatica, hæc Imperatori competit in imperio, qui etiam hanc potestatem exercet per comites Palatinos. Idem & de Statibus Imperii asserendum, quamuis vltra territorium legitimatio se non extendat. Dn. de Rhetz. *in Iur.*

Iur. publ. L. 2. T. 1. §. 11. non itaq; Camera Imperialis nec iudicium Imperii Aulicum, Sixtin. de Regal. L. 1. c. 4. n. 17. (III) in solenni Rescripto vel instrumento, de cuius forma vid. Meu. 9. D. 127.

16. In adulterinis manseribus & ex coitu damnato natis, locum habere volunt legitimatorem per dispensationem arg. c. 13. X. qui filii sint legitimi, quæ facultas legitimandi etiam Comitibus Palatinis concedi solet, vti Magnifico Prorectori huius Academiæ concessa est.

17. Hi legitimati a legitimatis per subsequens matrimonium multis modis differunt, non enim succedunt in feudo, 2. F. 26. c. naturales non succedunt cum liberis legitimis, iam antea natis Dn. Stryk de S. A. 1. diff. 1. c. 2. §. 72. nisi Pater hoc voluerit, & a Principe id impetrauerit, Struu. exerc. 3. th. 55. conf. Brunn. Conf. 168.

18. Referri huc potest modus, quando Pater in testamento filium naturalem nominat legitimum, & post mortem Patris confirmatio Principis accedit, N. 74. c. 2. §. 1. alias sola nominatio legitimum non facit l. 5. c. de Test. Brunn. §. Dec. 58. quamvis præsumtionem legitimatitatis operetur Steph. ad cit. N. n. 10. 11.

TEXT. NOTAB.

L. filium 6. l. filius famil. 9. l. si iudex 10. l. inuiti 11. Ex cod. l. si. filius 3. l. congruentius 4. l. filia 5. l. libertati 10. de patr. potest.

Tit. VII. (VIII. 48. 49.)

De Adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis quibus potestas soluitur.

1. **A**cquiritur P. P. quoque *adoptione*, quæ est legitima alicuius in filii locum assumptio. Estque vel *Arrogatio* vel *Adoptio* in specie sic dicta.

2. *Arrogatio* requirit (I) vt fiat *autoritate Principia l. 2. 15. ff. l. 6. C. b.* vel eius delegatione a comite Palatino, Philippi *Ecl. 73. b. t.* olim in statu populari fiebat in Comitibus per solennem rogationem, vid. Gell. *in N. A. l. 5. t. 19.* Similem effectum habet confirmatio subsequens adoptionis non legitime factæ *l. 38. b.* (II) Arrogandus sit *sui iuris* (III) *expresse consentiat l. 5. b.* Quod si arrogandus sit impubes (IV) requiritur *causa cognitio*, cuius capita recensentur distincte in *l. 17. §. 1. seqq.* (V) vt *cautionem præstet* de bonis restituendis, si impubes decesserit *l. 18. seqq. b.* (VI) tutorum consensus & quidem omnium *l. f. C. de adul. præst.* Ast *adoptio* contraria habet requisita; fit enim [1] coram Magistratu inferiori, *l. 2. pr. b.* [2] adoptandus debet esse filius familias & sufficit [3] tacitus filii consensus *l. 5. b. t.* [4] præsens sit, qui ad-

adoptat. [5] & is qui adoptatur. §. 8. *I. quib. mod. p. potest. soluit.* est enim adoptio actus legitimus. *l. 128. de R. I.*

3. Adoptio in specie dicta est vel *plena*, quæ fit ab ascendente, & tribuit iura patriæ potestatis: vel *minus plena*, quæ fit ab extraneo, & ius patriæ potestatis non tribuit: sed tamen ius succedendi ab intestato. *l. pen. C. b.* vnde hic adoptivus adhuc differt ab alumno, qui tantum ex ratione miserationis alendus suscipitur priuata auctoritate, sed non succedit, *l. 132. pr. de V. O.*

4. Ceterum generaliter in omni adoptione hæc ordinarie concurrere debent, quod (1) fieri debeat ab his, qui matrimonium contrahere possunt. §. 4. 9. *I. C. l. 16. ff. b. t. l. 39. §. 1. de I. dot. l. 128. d. V. S.* (2) qui patriæ potestatis capaces sunt, ex Principis indulgentia adoptant etiam feminæ §. 9. *I. b.* & acquirunt liberi ius succedendi matri ab intestato. *l. 5. C. b.* (3) qui adoptandum *plena pubertate antecedunt*, (4) qui *liberos non habent legitimos. l. 17. §. 3. b.* limitationes vide apud Dn. Stryk. *ad Lauterb. b. p. 47.* (5) qui sunt *maiores 60 annis l. 15. §. 2.* (6) qui quem semel adoptarunt *non antea emanciparunt l. 37. §. 1. b. t.* (7) *non ad tempus l. 34. b. t.*

5. Effectus arrogationis est (1) quod arrogatum cum liberis & bonis omnibus transferat in potestatem arrogantis §. 11. *I. l. 15. pr. b.* (2) quod impubes non possit promiscue emancipari, sed requiratur (α) iusta causa (β) causæ cognitio

tio, & tunc omnia bona simul ei sunt restituenda. Quod si iniuste emancipetur, quartam, quæ dicitur D. Pii, ei relinquere debet, quæ est omnium bonorum *l. 2. C. b. r. l. fin. Si quid in fraud. Patroni. Frantzck exerc. 2. q. 9. Dn. Berger in Resol. L. b. g. 2. Dn. Schilter Ex. 3. §. 16.* quam quartam consequitur, conditione ex lege, Struu. *exerc. 1b. 60.* (3) tribuit iura agnationis non sanguinis *l. 23. b. 1.* vnde Nobilitatem non confert, nisi ex beneficio Principis Dn. Stryk. *V. M. b. §. 8. Dn. Berger c. l. qu. 1. n. 1. Diss. Huber. b. §. 2.* cui respondet Dn. Thomafius in scholiis. Vnde nec succedit in fideicommissio familæ. Knipsch. *de fideicomm. fam. C. 8. n. 409. seqq.* nec in feudo *2. f. 26. §. adoptiuus.*

6. Affinis adoptioni est vnio prolium, quæ est conuentio parentum de liberis diuerforum matrimoniorum respectu successionis exaquantis. Differt ab adoptione (1) quod fiat pacto (2) non transferat P. P. (3) femina etiam vnire possit. (4) Frater sororem vnitam durante vnione vxorem ducere possit, nisi subsit impedimentum quod habetur *Lev. XVIII. 11.* (5) Vnio prolium in nascendis etiam locum habet, (6) semper supponat matrimonium.

7. Requisita eius sunt (1) consensus Parentum vnientium & cognatorum ab vtraque parte (2) vt actus fiat coram iudice ordinario, vel coram comite Palatino, (3) accedente causæ cognitione, cuius capita recenset Dn. Schilter *exerc. 3. §. 18.* (4) decretum Magistratus accedat (5) vt

(5) vt in Archiuum publicum referatur Dn. Stryk *de S. A. l. diff. 8. c. 6. §. 7.* Hahn *de iure rerum concl. 74. seqq.* (6) vt fiat de bonis, de quibus disponere Parentes possunt, vnde vniti non succedunt in fideicommissio familix Knip. *de fideicommiss. fam. cap. 8. n. 435.*

8. Effectus sunt sequentes (1) quod tribuat ius succedendi conuentionale inter liberos diuersi matrimonii quoad vtrumque parentem primi gradus, etiam tunc, si ex matrimonio posteriori nulli sequantur liberi, Dn. Stryk *cit. loc. §. 1.* Successio tamen hæc non est reciproca Dn. Stryk. in *V. M. b. §. 14.* nec vniti inter se succedunt, Ryck. *de unione prolium cap. 6. n. 46.* (2) aufert testamenti factionem parentibus & facultatem alienandi bona illa, de quibus unio inita. Muscul. *de Succ. conuent. m. 139. seqq.* Dn. Stryk. *cit. loc. §. 29.* modos dissoluendi unionem vid. apud Eundem §. 26. *seqq.*

9. Soluitur P. potestas (1) morte naturali, *pr. l. quib. mod. ius P. P. solu.* (2) Ciuili §. 1. *eod.* hodie Banno Imperii, plenissime tamen restituti recipiunt patriam potestatem Dn. de Rhetz *iur. publ. l. 1. T. 20 §. 1.* (3) adoptione plena §. 11. *l. quib. mod. ius P. P.* (4) dignitate filii tali quæ liberat a curia *l. fin. C. de Decur.* quatenus onus est liberis *N. 81. c. 2.* Doctoralis tamen non liberat, Dn. Berger *in resolut. leg. b. q. 5.* nec dignitas clericalis, excepta Episcopali *N. 81. c. 3.* conf. Idem *q. 6.* (5) expositione infantis *l. 2. C. de inf. expof.* non vero soluitur captiuitate, sed tunc pen-

pendet patria potestas §. 5. *I. quibus modis &c. nec furore l. 20. de stat. hom. l. 8. de his qui sui vel ad. iur. sunt.*

10. Inprimis huc spectat (6) emancipatio quæ est actus legitimus, quo liberi volentes a Parentibus coram ordinario iudice de patria potestate dimittuntur. Hinc requiritur (I) *consensus Parentum* etiam tacitus *l. 1. C. de P. P.* neque enim coguntur liberos emancipare vid. tamen *l. ult. ff. si a Parente N. 112. cap. 2. l. 12. C. de Episc. audiens. l. 6. C. de spectac. l. 32. de adopt. l. 3. §. 6. de minor. l. 42. ff. de condit. & demonstr.*

11. Requiritur (II) *liberorum consensus*, inuiti enim emancipari non possunt, *l. 5. in fin. C. de emancip. N. 89. c. 11. in pr.* nisi exheredationem meruerint *l. 132. de V. O.* (III) *coram iudice ordinario* vel comite Palatino. Competens iudex præcise non requiritur. conf. Gylmann. 2. *Symph. cam. T. 9. supplic. 41.*

12. Inualuit quoque moribus *tacita* emancipatio per separationem œconomix, vbi requiritur (1) vt liberi sint maiorennes (2) vt actu separatam œconomiam instituunt. (3) vt pater consentiat Dn. Stryk *in V. M. b. §. 19. 20.* alicubi (4) requiritur matrimonium, ceu de Frisia testatur Sandius *in Dec. Fris. lib. 2. T. 7. def. 6.* imo in filia solum matrimonium sufficere experientia testatur. Ius Sax. *l. 1. art. 45. Meu. ad ius Lubecens. part. 1. T. 3. ad rubric. n. 25.* secus ac iure civili *l. 20. ff. ad l. Iul. de adult. l. 18. C. de nupt.*

13. Pertinet huc etiam separatio liberorum, que in iure antiquo Germanico fundata, & passim adhuc obtinet: vi cuius separati haberentur pro emancipatis, imo plane pro extraneis, quod tamen declarat Meu. *part. 2. T. 2. art. 33. n. 117. & 118. conf. Dn. Thomaf. diff. de quasi emancip. German. Dn. Io. Samuel Stryk de iur. singul. femin. Hamburg. c. 2. §. 11. seqq.*

TEXTVS NOTABILES

L. si consul. 3. l. nec permittitur. 17. l. si arrogator 22. §. 1. l. post mortem. 25. pr. l. non potest. 31. l. quaesitum. 34. l. per adoptionem. 35. l. nam ita. 39.
Ex Codice. l. mulierem. 5. l. veteres. 11. *De adopt.* l. in emancipationibus. 2. l. cum inspeximus. 6. *de emancip.*

Tit. VIII.

De Rerum Diuisione & Qualitate.

Res personis oppositæ varie diuiduntur. Summa rerum diuisio hæc est, quod sint vel diuini vel humani iuris. *l. r. pr. b.* Ad illas referunt res sacras, sanctas & religiosas. *Res sacra sunt*, quæ publica autoritate Deo consecratæ, eique addictæ sunt *l. p. §. 8. l. b. a.* adeoque propterea inter res nullius negative tales referebantur. Sed hoc sensu res sacras in N. T. non habemus, & quamuis consecratio quædam in rebus immobilibus accedat, est tamen tantum pia quædam ceremonia ex principis arbitrio dependens: imo in rebus mobilibus

conceditur. Vnde hodie plerumque dantur priuatis in feudum. Struu. *Synt. I. F. c. 6. apb. 7.*

8. (III) *Res Vniuersitatis* eodem modo sunt res ad vniuersitatem, qua talem, spectantes, non tamen ad singulos de illa vniuersitate §. 6. l. 6. §. 1. b. nisi quoad vsum. Referunt huc communes furnos & puteos, vnde nemo per renunciationem vsus a refectione horum se liberare potest. Dn. Schilter *Exerc. 4. §. 9.* Quid sit vniuersitas, bene explicat Huber. *ad l. b. §. 8.* Ab his differunt res in patrimonio vniuersitatis existentes, vbi singuli de vniuersitate vsum illius rei non habent. Res ex destinatione primaeva æstimanda.

9. Porro res sunt vel *corporales* vel *incorporales*: illæ sunt, quæ sua natura tangi possunt *pr. l. de reb. corpor. conf. l. 30. de Vsuc.* vbi tria genera corporum recensentur. Hæc vero sunt, quæ tangi nequeunt, incurrunt tamen in sensu a posteriore, scil. *Iura.* Sunt itaque entia moralia, subsistentiam suam a lege habentia. Nec absurdum est, iura seu res incorporales esse obiectum iuris. Nam quæ absurditas est in eo, si rem exprimam aliis verbis: scil. *Leges* disponere de iuribus seu facultatibus personæ competentibus, et rem afficientibus?

10. Quædam res pro diuerso respectu possunt ad vtramque speciem referri. Sic pecunia considerata vt quantitas, ad incorporales: vt corpus vero, ad corporales refertur *l. 1. de con-*

trahend. empt. l. 46. de condict. indeb. L. 95. de leg.

3. Hahn *ad W. b. n. 4.* Huber. *b. §. 2.*

ii. Quæcunque prædicantur de rebus corporalibus proprie illa de rebus incorporalibus analogice: veluti quasi possessio, quasi traditio, quod aliquando prædicatum mobilium & immobilium ius adscribaturr, &c. Habentur vt plurimum in maiori pretio, quam res corporales, veluti iurisdictio, ius Patronatus, ius venandi.

11. Res corporales diuiduntur in res *mobiles* & *immobiles*. Illæ sunt, quæ salua manente substantia de loco in locum commode transferri possunt. Hæ vero, quæ loco moueri ita nequeunt; suntque tales vel natura sua, vel destinatione, & firma cohæsiõne cum re immobili. Huc pertinent: Castrum cum machinis bellicis, & quicquid præsidii loco ibi destinatum est. Schilter. *exer. 4. §. 23.* Instrumenta domus coquinariæ, sedilia in templis, horologia affixa, Hahn. *ad W. b. n. 4.* lecti in diuersoriis ad ipsum ius hospitii ita deputati, vt perpetuo ibi maneant, id quod ab allegante probandum Carpz. *part. 3. c. 24. d. 10.* Molæ pneumaticæ Finkelth. *obs. 24.* vt & nauales, Struu. *Synt. I. f. c. 6. aphoris. II. n. 6.*

13. Aliquando etiam applicatur hæc distinctio rebus incorporalibus, præsertim si ex circumstantiis appareat, testatorem voce mobilium & immobilium late intellexisse omnem suam substantiam: Eod. modo in præscriptione

in iurium ad hæc prædicata recurrendum. Habentur vero res incorporales pro mobilibus, quæ eis inhærent, vel ad eã petendam destinata; pro imobilibus vero, quæ eis inhærent, vel ratione earundem competunt. Huc pertinent annui reditus super rebus immobilibus constituti, Gail 2. obs. 10. n. 3.

14. Vfus distinctionis in res mobiles & immobiles est, [1] ratione usufructus [2] præstandæ cautionis l. 15. qui satisd. cog. [3] distractionis pignorum l. 15. §. 2. de re iudic. [4] alienationis rerum dotalium & minorum [5] successione tum *Saxonica*, vbi maritus est hæres mobiliaris; tum *civilis*, quia in successione mobilium attendimus statuta domicilii, in immobilibus statuta rei sitæ. vid. Dn. Stryk de S. A. I. diff. 1. cap. 4. §. 2. [6] Iuris Emphyteutici, feudalisque [7] consecrationis. vid. *supra* §. 1. &c.

15. Qualitates rerum sunt ipsum ius l. 12. *quemadmod. seru. amitt.* vnde est *ius rerum*, seu facultas moralis res respiciens: estque vel *in re*, vel *ad rem*. Ius in re qualitatem denotat rei coherentem & ipsam rem afficientem, cuius vulgo quinque traduntur species: dominium strictè dictum, seruitus, pignus, hereditas, possessio; quamvis de vltima specie non immerito dubitet Huber. *in digress. lib. 4. c. 10.* Agnoscuntur hæ diuersæ species ex diuersis effectibus & actionibus.

16, Ius ad rem est, quo personam ad rem præstandam obligatam habemus, idque vel ex con-

contractu, vel delicto, vel alia obligatione legali *l. 1. pr. de O. & A.*

17. Vfus huius distinctionis insignis est (1) ex iure in re, sunt actiones reales, ex iure ad rem, sunt personales. Illæ dantur aduersus omnem possessorem, hæ aduersus eundem, ibi aliter libellus concipiendus quam hæc, vid. *tit. de Edend. §. 9.* (2) Exstincta re, exstinguitur ius in re, sed non obligatio. §. 26. *in fin. de rer. diuisif. nisi sit respectiua.* (3) Ius in re fortius est iure ad rem, quod ex concursu creditorum euidentius est. (4) Ius in re aliud fundat forum, quam ius ad rem. (5) in præscriptione quoque diuersitas occurrit, vt & (6) in litigiosis (7) Iudicium petitorium & possessorium tantum actiones reales respicit, sed non personales. &c.

TEXT. NOTAB.

L. in tantum §. 1. l. 9. §. proprie dicimus. 3. l. si quis it.

Tit. IX. (III. 24.)

De Senatoribus.

Senatores Romani in summo ordine fuerunt constituti, publici consilii causa; successu temporis ius dicendi potestatem consecuti sunt, Cornel. van Eck *h. §. 3.* triplex eorum ordo erat; primi *Patricii* vocati. Secundi *Patres conscripti*. Tertii *Pedanei* nominati. Struu. *h. §. 4.* extendebatur etiam hæc dignitas ad uxores, viduas, *l. 18. & ult. h. vt & liberos l. 5. & 6.*

b. etiam ante dignitatem senatoriam natos. cit. l. 5. l. 11. C. de dignit.

TEXT. NOTAB.

l. consulari 1. pr. l. feminæ 8. l. senatores. 11.

Ex Cod. l. 1. in f. ubi senat.

Tit. X. (XII. 3.)

De Officio Consulis.

Huius potestas & officium variū fuit pro diuerso reipublicæ statu. Exactis regibus, summam obtinuit potestatem *l. 2. §. 6. b.* lege deinde cautum est, vt liceret ab iis prouocare, neue possent in caput ciuis Romani iniussu populi quid statuere, Huber. *b. §. 2.* sub Cæsariibus valde exinanita est eorum potestas.

TEXT. NOTAB.

Ex Cod. l. antiquitus 1. l. sancimus. 5.

Tit. XI. (l. 26. 27. VII. 42. XII. 4.)

De Officio Præfecti Prætorio.

Præfecti prætorio initio a principibus constituti. Prætorium ipsum in aula principis erat, cui Præfectus præerat. Fufius ex antiquitate Romana hoc declarat Huber. *b.* Summa horum fuit potestas, vt ne quidem appellatio ab iis concederetur *l. vn. §. 1. b.* Ceterum comparatio Electorum cum his satis inepta est.

TEXT. NOT.

l. vn. §. 1. Ex Cod. l. 2. de Præf. præt. XII.

Tit.

Tit. XII. (l. 28.)

De Officio Præfecti Vrbi.

HI Magistratus vices Regum & Consulum gerébant, salutem vrbis obseruantes *l. 1. §. 1. b.* potestatem satis obtinuerè amplam, vt etiam vniuersam criminalem iurisdictionem sibi acquirerent, *l. 6. §. 1. de interd. & relegat. l. 8. §. 5. de panis.*

TEXT. NOT.

l. 2. §. cura carnis. 11.

Tit. XIII. (l. 30. XII. 6.)

De Officio Quæstoris.

HIC ærario publico præerat, & ad eum spectabat prouincias fortiri, rem militarem sequi, & manubias in rationes publicas referre.

Tit. XIV. (l. 39. XII. 2.)

De Officio Prætorum.

DE horum origine pluribus agit Dn. Thomas. *de Nat. Iurisprud. lib. 1. c. 7.* Ab initio pauci fuerunt, post numerus eorum mirum in modum creuit, & singulis causis destinati, vnde noti sunt in iure Prætores Fideicommissarii, Tutelares, vid. Dn. Io. Sam. Stryk. *de process. Rom. antiq. c. 1. n. 8. seqq.*

2. Ius dicebant in causis ciuilibus, aliquando etiam ex speciali commissione de causis crimi-

minalibus l. 2. §. 32. de Orig. iur. Edicta constituebant proposita in albo prætoris. Et sub prætextu vel interpretationis vel æquitatis ius varie immutabant, dando exceptiones, fingendo, mutando nomina, concedendo restitutionem &c. Ordinarie dabant iudicem Pedaneum, aliquando ipsi etiam extra ordinem cognoscebant: inde notæ *cognitiones extraordinariae*.

3. Omnis Prætorum potestas tribus verbis notabatur, *do, dico, addico*, inde versus Ovidii:

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:

Fastus erit, per quem iure licet agi.

hæc tria verba explicat Stru. l. 6. §. 23. conf. Brisson. de form. l. 5. pag. 465.

4. Infinitæ conclusiones & tota processus Romani ratio ex officio prætorum dependet, unde ad intellectum iurium Romanorum imprimis facit. Fluit inde distinctio inter actiones utiles & directas, B. F. & stricti iuris, contractus nominatos & innominatos, stipulationes prætorias & iudiciales, inter modos tollendi obligationem ipso iure & ope exceptionis, quod litis contestatio sit quasi contractus. &c.

TEXT. NOTAB.

L. Barbarius 3. b.

Tit. XV. (l. 43.)

De Officio Præfecti Vigilum.

Horum officium consistebat in conseruanda securitate vrbis, qui propterea cohortibus erant instructi, incendia & tumultus præcauebant. &c. l. 3. §. 4. b.

TEXT. NOTAB.

L. Nam salutem pr. §. 1. vers. plerumque incendia.

Tit. XVI. (l. 35.)

De Officio Proconsulis & Legati.

Proconsules in prouincias Populi mitterantur omnia gubernaturi. l. 8. b. plenissimè exercebant iurisdictionem l. 7. §. 1. b. consil. l. 6. §. 3. b. vbi quod muneribus abstinere debeant. Legatus vices Proconsulis absentis gerebat, habebatque iurisdictionem ordinariam. *Hahn. ad IV. b.*

TEXT. NOTAB.

L. obseruare 4. §. 6. l. solent. 6. §. 3. l. meminisse 10.

Tit. XVII. (l. 37.)

De Officio Præfecti Augustalis.

Preposuit hunc Augustus Aegypto, deulctis Antonio & Cleopatra; Eandem vere habebat potestatem, quæ proconsul.

Tit. XVIII. (l. 40.)

De Officio Præsidis.

PRÆSES est, qui vice Cæsaris prouincias gubernabat, habebat in sua prouincia Imperium maius omnibus post Principem, curam tranquillitatis prouinciæ habebat. *l. 3. & 13. præd. iustreddebat l. 19. b. vbi egregie officium Magistratus in iure reddendo circumscribitur, de omnibus causis, quæ Romæ diuersos habebant Iudices, cognoscebat l. 10. 11. 12. b.*

TEXT. NOTAB.

L. Præses. 3. l. illicitos 6. 5. veritas. 1. 5. sicubi. 7. l. sed licet. 12. l. congruit 13. pr. l. Diuus Marcus 14. l. plebiscito 18. l. obseruandum 19.

Tit. XIX.

De Officio Procuratoris Cæsaris & Rationalis.

CONSTITUTUS est ab Augusto, vt præflet causis fiscalibus in prouinciis. Post sub Claudio iurisdictio quædam ipsis fuit tributa in Causis Fisci civilibus, *l. 2. C. si aduers. fisc.* aliquando simul vices Præsidis gerebat, & tunc omnia poterat, quæ Præses, *l. 4. C. ad l. Fab. de plag. l. 2. C. de panis.* Talem fuisse Pontium Pilatum Iudææ Procuratorem arbitratur Huber. *b.*

Tit.

Tit. XX. (1.57)

De Officio Iuridici Alexandriæ.

HVnc Augustus Alexandriæ præficiēbat, liberam habens potestatem iuris dicendi in quibuscunque negotiis, & præcauens, ne Præfectus Augustalis aliquid tentaret in detrimentum reipublicæ; conf. Cornel. van Ek. *in princ. lur. b. in fin.*

Tit. XXI.

De Officio eius, cui mandata est iurisdictio.

1. **C**onſuetudine ſeu more maiorū inualuit, vt Magiſtratus vniuerſam iuriſdictionē priuato mandare poſſet *l. 1. §. 1. b. l. 5. l. 6. ff. de iurud.* inde orta diſtinctio inter iuriſdictionem *propriam*, quam quis habet ex lege ſeu immediate ab eo, qui maiestatem in Republ. habet: & *mandatam*, quæ eſt exercitium alienæ iuriſdictionis, ipſi ab ordinario Magiſtratu commiſſum. Suthold. *de iurud.* §. 339.

2. In mandanda iuriſdictione, ſequentia reſquiſita obſeruanda, (1) vt mandans iuriſdictionem habeat *ſuo iure*, h. e. *Vt officii* & non ex alieno beneficio, ſeu priuati magiſtratus commiſſione *l. ult. pr. b. l. 5. de iurud.* Suthold. *cit. loc.*

§. 349.

§. 349. (2) vt illam eo tempore, quo mandat, actu exercere possit *l. 4. §. ult. de off. Procons. & leg.* (3) vt mandetur ei, qui nullo neque quoad corpus neque quoad animum defectu laborat, Struu. *exer. 4. tb. 38.* nec fit extra teritorium mandantis *l. vn. pr. C. qui pro sua iurisd.*

3. Mandanda vero (4) ipsa iurisdictio, vel vniuersa, vel vna species; Difert itaque Mandatarius a Iudice Pedaneo, cui tantum notio competebat. Plures differentias suggerit Suthold. *cit. loc. §. 365.*

4. Mandanda porro (5) sunt illa, quæ iure Magistratus competunt *l. ult. §. 1. b. vt iurisdictio ordinaria l. 4. pr. & mixtum Imperium l. 1. §. ult. b.* non vero, quæ iurisdictionis extraordinariæ sunt, nec merum Imperium, nisi in casu absentia, *l. 1. pr. b.* Aliud vero hodie *ex C. C. Carol. art. 2.* Quin cum hodie iurisdictione extraordinaria sit incognita, etiam illam mandari posse, certum est.

5. Mandatarius exercet iurisdictionem eius, qui mandauit secundum formam modumque præscriptum, *l. 1. §. 1. l. 3. b.* adeoque mandatarius idem tribunal habet, quod mandans, & sic appellatur ad mandante superiorem, nec mandatum sibi potestatem alteri mandare potest *l. 5. b.*

6. Soluitur hæc iurisdictione, (1) reuocatione mandantis *l. 6. §. 1. de off. Procons.* (2) morte mandantis, modo res adhuc sit integra. *l. 6. de iurisd.* (3) morte mandatarii, Dn. Engelbr. *ad ff. 1. de iurisd. §. 4. in. f.*

7. Immutauit ius Canonicum hic quædam, mandatarium iudicem *delegatum* vocans. Et quidem delegati a summa potestate instar, ordinariorum iudicum habentur, & hinc a tali delegato appellatur ad ipsum Principum, & facultas exequendi vt & subdelegandi eis concessa videtur *c. significasti. 7. de off. iud. delegat.* Delegati vero a magistratu subalterno ad vniuersam iurisdictionem conueniunt cum iis, quibus mandata est iurisdictione: quibus vero vna tantum vel altera particularis causa delegata est, magis videntur similes iudicibus Pedaneis, & hinc appellatur a delegato ad delegantem *l. 1. C. qui pro sua iuris d.*

8. Commissariis nostris hæc minime recte videntur applicanda, cum iurisdictione eis nulla mandetur, sed actus tantum quidam iudiciales. Dn. Stryk *in V.M. §. 2. vid. Dn. Lynk in Comment. h. §. 9.* Tenor itaque commissionis fines & potestatem eorum determinat *C. 22. de rescript. c. 33. X. de off. iud. delegat.* sunt enim commissiones stricti iuris Dn. Stryk ad Laut. *s. de Iurid. p. 63.*

TEXT. NOTAB.

L. quæcunque 1. l. et si prator. 3. l. mandatam §. §. 1.

Tit. XXII. (1. 51.)


De Officio Assessorum.

Hadhibebantur a magistratibus in consiliū
 in causæ cognitionibus, quia magistratus
 sæpe erant legum imperiti, *N. § 2. pr.* Accipiebant
 pro

pro hoc officio salarium, olim a magistratibus: *l. 4. b. post ex publico. l. 32. ex quibus causis maiores.* & quidem integri anni, licet magistratus intra annum esset mortuus. *l. 4. b.* quod ad Professores aliosque, qui ex publico salarium accipiunt, applicant. vid. *Carpz. part. 2. constit. 5. def. 10.*

TEXT. NOT.

L. Diem. functo. 4. Ex Cod. l. studiorum. 1. 1. nemo. 14. pr.



Lib. II. Tit. I. (III. 13.)

De Iurisdictione.

1. **I**urisdictione, strictiori sensu ex mente legum Romanarum, est *publica statuendi & exequendi de causis civilibus iure magistratus competens potestas.*

2. Fluunt inde sequentia requisita (I) *ut iurisdictione a publica auctoritate profluat*, & sic dependet a summa maiestate, *l. 3. C. b. l. 2. 3. C. ad leg. Iul. maiestat.* licet magistratus eam dicatur habere proprio iure; conf. *diff. Dn. Stryk de obseq. Iud. inferior. Struu. Exerc. 4. tb. 50.* Vnde (α) fuit differentia ab arbitris, (β) quæ is, qui iurisdictionem habet, facit, *ut talis*, publicam habent auctoritatem. (γ) hinc quoque necessitas edendi titulum fuit. Nec sola possessio iurisdictionis iuuat in summariissimo Dn. Stryk *in V. M. b. §. 27. seqq.*

3. Alterum est (II) *ut hæc potestas publica*

iure

iure magistratus competat. *l. 5. b.* Erat enim, de iure Romano magistratus proprium prædicatum, *tò iurisdictionem habere*, nec eo sensu summæ potestati competebat, Suthold *de iurisd. §. 190. seqq.* quin & decreta Principum leges erant *l. fin. C. de LL.* Excludebantur hoc ipso alia, quæ magistratui, qua tali, non competeant, sed ex speciali lege illis concessa erant, Huber. *b. §. 4.*

4. (III) *Ut exerceatur in causis ciuilibus.* Cognitio enim de causis criminalibus neque competeat iure magistratus, Franzk. *b. n. 22.* neque sub iurisdictione comprehendebatur, Hahn. *ad W. h. n. 22.* licet hodie res sese aliter habeat.

5. Vltimum consistit (IV) in ipsa potestate, quæ comprehendit sub se *ius statuendi & exequendi.* Hinc differt a nuda *notione*, quæ iudicibus pedaneis olim mittebatur, & consistebat in cognitione de controuersia, continebatque sententiæ rationem, *l. 55. de re iudic.* imo quoque quandam vim, sine qua notio expediri non poterat, veluti: deferre iuramentum in litem, habere reum pro confesso, sequestrare rem litigiosam, excludere a probando, &c.

6. *Ius statuendi* variabat, prout magistratus Romani erant vel *maiores* vel *minores*: illis augustior: his minor competeat potestas, *l. 32. de iur. l. 2. de in ius vocand. l. 26. ad municip.* Actus augustiores recensentur in *l. 4. b.*

7. *Ius exequendi* dicitur in specie *mixtum imperium*

perium & iurisdictioni inest, l. 3. b. *der Gerichts-
Zwang*, & consistit in potestate modice *coer-*
cendi inuitos, ad iurisdictionem tuendam, &
ius redditum exequendum, Struui. *exer.* 4. *tb.* 61.

8. Varia eiusmodi remedia sunt, veluti mul-
ta dictio, incarcerationio, fori interdictio l. 9.
pr. §. 1. *de pen.* l. 1 C. *de Postul.* missio, in posses-
sionem l. 4. §. 4. *de damn. infect.* denegatio au-
dientix l. 26. §. 4. *ex quib. caus. maior.* manus mi-
litaris l. 68. *de R. V.*

9. Atque hæc pertinent ad iurisdictionem
strictè acceptam. In sensu latiori varie,
diuiditur; alia enim dicitur *ordinaria*, alia *ex-*
traordinaria. Illius requisita hæcenus vidi-
mus; hæc versatur circa ea, quæ specialiter,
ex lege aut SCto, aut constitutione Principum
magistratui erant tributa, qualia recenset Struui.
Ex. 4. *tb.* 67. quæ tamen hodie omni iurisdic-
tioni ordinariè infunt, Dn. Stryk in *V. M. b.* §. 21.

10. Deinde alia est *consentiosa*, alia vero *vo-*
luntaria, illa exercetur in inuitos l. 83. *de verb. ob-*
lig. l. 2. *de off. Procons.* hæc expeditur inter,
volentes. Mauriti. *de potest. Princip.* L. *Reg. & Iu-*
risd. b. §. 34. Illa magis solennitatis & authori-
tatis, hæc magis iustitiæ faciendæ gratia exer-
cetur, & consistit (1) in causæ cognitione, (2)
decisione. Dn. Engelb. *b. t.* §. 2. *in f.* Franzk. *b.*
n. 7. vnde in hac ordinariè competentia magi-
stratus desiderabatur, non in illa. Dn. Stryk *diff.*
de potest. princ. extr. territ. c. 4. n. 8. *seqq.*

11. Aliquando tamen *causa cognitionem* requirit voluntaria iurisdictio Maurit. *cit. loc. §. 1. §. 1. Struu. cit. loc. §. 69.* : Et tunc competens iudex ad eundem, veluti in decreto super alienatione rerum minoris. Berlich. *dec. 29.* Dn. Lyncker *in comment. b. n. 4.* & quamvis aetas mere voluntaria iurisdictio magistratum apud se expedire possit, *l. 2. de off. pref. l. 2. de off. pref. l. 5. §. 20. §. fin. de manumiss. vind. aliud tamen in his, sicuti nec diebus feriatis suscipi possunt l. 10. b. Dn. Lynker c. l. §. 5. Franzk ad lit. de ser. n. 26.*

12. Vt iurisdictio alia *ordinaria*, alia *prorogata*: hzc est iurisdictio iudicis incompetenti consensu vel lege stabilita; vnde duplex est *activa* vel *conventionalis*.

13. Ad conuentionalem requiritur (I) *consensus litigantium*, isque vel expressus *l. 18. b. aditione iudicis firmatus Franzk. b. n. 47. cit. l. 12. l. 1. par. C. de pact.* quz correctoria videtur: vel *tacita*, quando quis scienter litem contestatur coram incompetente iudice, omissa fori prescriptione, *l. 1. §. 4. C. b. nisi error probeatur l. 5. b.*

14. Velitigantes (II) *de rebus suis disponendi habeant arbitrium.* Huber *b. §. 9.* (III) is, in quem iurisdictio prorogatur, *iurisdictione iam pradisus* fit: iurisdictionem enim non habenti eam dare nequeunt *l. 3. C. de iudiciis Huber cit. l.* (IV) vt iudex *speciem illam iurisdictionis habeat*, ad quam spectat causa prorogata Brun. *ad l.*

18. ff. b. n. 2. l. 61. §. 1. de iudic. quæ enim iurisdictionis non est, prorogari nequit, Maurit. cit. loc. §. 32. neque vero hanc doctrinam hodie otiosam esse docet Dn. Stryk. in V. M. b. §. 22.

15. Prorogatio *necessaria* contingit in reconuentione, quæ ex legis dispositione fit l. cum Papinianus 14. C. de sent. & interl. non tacita conuentione, vti Hahn ad W. cit. l. arbitratur, quia prorogationem illam auertere nequit actor. Habet autem secundum ius Ciuile reconuentionio duplicem effectum [I] prorogationis [2] simultanei processus; sed hos non aliter nisi [1] *causa prorogabilis sit in hunc iudicem*, quod exinde cognoscitur, si de illa causa per modum conuentionis iudicare possit: Brunn. ad l. II. b. n. 4. Diuersitas tamen in quantitate non attenditur. Mollign. de reconuent. quest. 75.

16. Debet quoque [II] actor agere *nomine suo*. Sic qui procuratorio vel tutorio nomine agit, reconueniri nequit de proprio debito. Carpz. P. 1. C. 7. def. 6. Brunn. Proc. Ciu. c. 10. n. 14. [III] *Causa conuentionis moram adhuc admittere*, alias tantum operatur effectum prorogationis, sed non simultanei processus. Causas eiusmodi recenset Martini in Proc. Saxon. tit. 6. art. 1. n. 16. seqq. [IV] *ut ante litem contestatam instituat*, alioquin tantum habebit identidem effectum prorogationis, Meu. 4. D. 166. & p. 6. D. 85. Martin. cit. l. n. 37. seqq. & quidem [V] *adhuc in prima instantia* Meu. P. 7. D. 89. [VI] *ut lis agatur coram iudice ordinario*. 6. X. de arbitr. Berlich.

17. *P. 1. conf. 22. n. 43.* His cessantibus reici-
 debet reconuentio Meu. 3. D. 22.

18. In iis vero casibus, ubi reconuentio non
 habet effectum simultanei processus sed tan-
 tum prorogationis, cautio praestanda est ab
 actore pro reconuentione, quæ in Saxonia præ-
 statur, cum effectum simultanei processus
 nunquam ibi habeat, & tantum in causis con-
 nexis admittatur. Carpz. *P. 1. c. 7. d. 8.* Quo-
 niam autem causæ pro connexis habeantur vid.
 apud Martin. *cit. l. n. 29. conf. Dn. Stryk diff. de*
reconuens. Vol. 2. disp. 16.

19. A prorogata iurisdictione differt omni-
 no *mandata*, quia prorogatio magis fit a liti-
 gantibus, mandata vero a iudice dependet.

20. A iurisdictione stricte dicta differt,
imperium in potestate vindicandi cri-
 mina consistens, & dicitur *ius gladii*. in *l. 3. b.*
 Huber. *b. §. 4.* Proprio iure nulli magistratui
 competebat, *l. 1. §. 11. de off. eius cui &c.*

21. Gradus vindicandi crimina *ex l. 28. de pen.*
 tres facit Struu. *exerc 4. sb. 76.* quamuis alias ge-
 nera penarum sint multiplicia *l. 6. in fin. l. 7. 8.*
ead. cti vero omnes gradus competunt, ple-
 num habet imperium. *conf. Dn. Engelb. ad ff.*
b. §. 2.

22. Hodierna forma iurisdictionum in pluri-
 mis differt a Romana. Meu. 4. *Dec. 98.* Dn. En-
 gelb. *c. l. §. 9.* Generatim iurdictio est vel
ecclesiastica vel *secularis*: illa causas ecclesiasti-
 cas & clericales concernit, & exercetur hodie

per confistoria, non tamen necessario, vti putat Carpzou in *Iurispr. Eccl. l. 1. def. 11.* originem huius Iurisdictionis aperui in *Iur. Parochial. Cap. 3. §. 19.* conf. Linck, *de iur. Episc. c. 11. n. 16. seqq.* hæc vero causas & personas seculares complectitur.

22. Secularis est vel *superior* vel *inferior*, seu *alta & bassa.* Illa est ipsa iurisdictionis criminalis, Dn. Stryk. in *V. M. b. §. 6.* & competit iure Magistratus, non ex speciali concessione, Schilter *exerc. 6. §. 8.* & aliquando est nuda sine executione. Dn. Stryk *de V. M. b. §. 10. 11.* Hæc die *Untergerichte* causas civiles complectitur, & pauca quædam ex iis, quæ sunt meri Imperii scil. leuiorum delictorum coercionem Coler. *de proc. execut. p. 2. c. 1. n. 137.* Determinatio eius locorum consuetudini debetur. Hahn. *ad W. b. n. 8.* conf. Dn. Stryk. *cit. l. §. 8.* Dn. Schilt. *ex. 6. §. 13.*

23. Dantur adhuc plures iurisdictiones speciales, quas Princeps in suo Territorio pro lubitu determinat: quo pertinet metallica, Forestalis, Militaris, feudalis, Academica, Venatoria, Salinaria, vti hic loci die *Thal. Gerichte* / &c.

24. Notabilis adhuc distinctio est in iurisdictionem *realem* seu *Patrimoniale* & *Personalem*; illa Castro cohæret, & ad omnes successores transit; hæc tanquam officium alicui conceditur, & cum Persona expirat. Illam exercent etiam mulieres Castri possessores, sed non hanc

hanc *l. 8. ff. de iudic.* Illa est in commercio, non æque hæc, cum Personæ industria sit electa, : illa iure Feudi vel alio titulo conceditur Dn. Engelbr. *c. l. §. 11.* hæc electione vel gratia Principis: illam in propria causa contra subditos suos exercent nobiles, non æque hanc, Dn. Schilter. *exerc. 6. tb. 16. vid. l. 10. b.*

25. Concessa tamen *indefinite* per feudum iurisdictione inferior tantum concessa videtur, Meischn. *dec. 23. n. 37.* Dn. Schilter *exerc. 6. §. 10.* Faber. *in C. l. 3. t. 12. def. 17. n. 8.* conf. *diff. de interpret. fac. cont. eum qui clarius loq. deb. tb. ult.* Struu. *exerc. 4. tb. 80.* & quidem subordinate. Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 26.* Dn. Schilt. *cit. loc. §. 12.*

26. Denique iurisdictio alia est *uniuersalis*, quæ alicui in certo districtu sine vlla restrictione est concessa, die *Strassen Gerichte* : Vel *particularis*, quæ ad certa loca specialia restricta, *Saun- und Pfahl Gerichte* / Dn. Stryk. *c. l. §. 19.*

27. Altera pars huius tituli est *Albo corrupto*, quæ est actio prætoris popularis contra eos, qui edictum prætoris perpetuæ iurisdictionis *gratia propositum dolo malo corruerunt*, ad pœnam 500. aureorum. *l. 7. pr. b.* Requiritur vero *dolus*, nam rufficitati & imperitiæ venia danda. *l. 7. §. 4. b.* Hahn. *ad W. n. 13.* Si reus non habeat in tre, iure debet in corpore *l. 7. §. 3. b.* Hodie etiam hunc dolum puniri ratio iudicio-

dicionum & reipublicæ postulat, vt tamen pœna sit arbitraria. Dn. Stryk in *V. M. b. §. ult.*

TEXT. NOTAB.

L. cur. 2. l. more maiorum 5. l. adeo 8. l. qui iurisdictioni 10. l. si per errorem 15. l. si conuenerit 18. l. extra territorium vlt. Ex *Cod. l. iuris* 2. l. priuatorum 3.

Tit. II.

Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.

1. **P**Rætores aut alii Magistratus, qui edicta condebant, vel Edicta *perpetua* Iurisdictionis causâ faciebant, vel *specialia* pro re nata ad singulas causas dabant, & sic sæpe ius nouum in formulâ iudicibus pedaneis præscribendo iniquierant Struu. *de vindict. priu. cap. II. apb. 2. n. d. seqq.* quale exemplum occurrit in *l. 3. §. 3. b.* Hahn. *ad W. b. n. 2. verb. pro quo spond.*

2. Hinc dabatur Actio *in factum ex delicto oriens*, quâ is, qui inde latus est, agit contra Magistratum vel eum, qui id impetrauit, vt eodem iure vtantur in similibus causis.

3. Vt contra Magistratum inique ius dicentem locum habeat, requiritur (1) vt Magistratum abierit, ante enim in ius vocari non poterat *l. 2. de in ius voc.* (2) vt perfecte statuerit *ius nouum l. 1. §. 2. b.* Hahn. *ad W. b. n. 2.* (3) vt dolo vel

vel *lata culpa* id statuerit vid. *l. 2. b.* In priuato sufficit, si saltim impetrauit ius nouum, licet vsus non sit *l. 3. in f. pr. b.* Huber *b. §. 2.* quod idem applicatur contra tutores & procuratores in rem suam, non in rem alienam Hahn. *cit. l.* imo contra heredes. Id. *cit. l.*

4. Applicant hoc Edictum ad *Retorsiones iurium*. Sed illa tamen superest differentia, quod huius edicti vera & proxima causa sit delictum Schilt. *Ex. 6. tb. 28.* Ast retorsionum fundamentum consistit in *conseruanda aequalitate inter aequales*, adeoque hic nullum adest delictum, nec correctio iuris iniqui.

5. Obseruanda vero hic sunt requisita sequentia, (1) vt agatur de *causa ciuili*. Struu. *de vindict. priu. aph. 11.* (2) vt ciuitas, contra quam retorsione, vti volumus, antea contra nostram ciuitatem ius inæquale *actu exercuerit*, quod probandum, Carpz. *p. 3. C. 38. d. 8.* Struu. *cit. loc. n. 17.* quod requisitum tamen ad solam tantum Saxoniam restringit Dn. Stryk in *V. M. b. §. 4.* (3) vt fiat *publica auctoritate* magistratus Carpz. *cit. loc. d. 10.* Dn. Stryk. *cit. loc. §. 5.* (4) vt fiat *aequalitatis iuris communis inter ciues obseruanda gratia*, unde indultum moratorium contra creditorem, qui aduersus suos creditores indultum impetrauit, retorqueri non potest, partim quod beneficium iure permissum in eius odium non detorquendum, Schilter *ex. 6. §. 28.* partim quod hic non adfit ius commune inæquale.

6. Sic ergo hodie retorquetur ius detractio-
nis, Albinagii, Geradae & rerum expeditoria-
rum, exclusio a nundinis, ius prælationis ci-
uibus præ extraneis in concursu concessum,
successionis, Struu. *cit. loc. aph. 22. & seqq.*
Hahn. *ad W. b. circa fin.* Hinc patet vtile esse
inquirere in mores & constitutiones diuerfa-
rum prouinciarum.

TEXT. NOTAB.

l. i. §. vlt. l. 2.

Tit. III.

Si quis ius dicenti non ob-
temperauerit.

1. **H**Oc edicto prospicit Prætor dignitati &
auctoritati ius dicentis, & hinc propo-
fuit *actionem pratoriam popularem pœnalem magi-
stratui vel cuiilibet alii competentem contra eum, qui
extremum iurisdictionis non fecit, ad pœnam infe-
rendam.*

2. Hinc sequitur (1) hanc actionem post an-
num non competere (2) non dari contra here-
des *l. un. in fin. b.* (3) non dari heredibus, cum vin-
dictam spiret. (4) pœnam non fisco, sed actori
applicari. Hodie plerumque decernuntur man-
data pœnalia, vel in sententiis, pœna expri-
mitur Dn. Stryk. *ad Lauterbach, b. in fin.*

Tit.

De in ius vocando.

In ius vocare est iuris experiundi causa. *Evocare, l. 1. b.* Fiebat vero talis vocatio privata autoritate & quodammodo violenta erat. *Briffonius de form. l. 5. ab init. p. 366. Hahn ad V. b. n. 2.* Hinc personæ, quibus reuerentia debebatur, absque impetrata venia non poterant vocari in ius *l. 4. & seqq. l. 13. ff. & l. 3. C. b.* Sicut nec maiores magistratus *l. 2. b.* vid. *Hahn. ad V. b. n. 4.* quin & loci & temporis ratio habenda *l. 18. & 29. b. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 9. l. 2. 3. 4. b.* Quando hic mos vocandi desierit, disquiri *Huber. b. §. 1.*

2. Qui personas tales absque veniæ impetratione vocabat, in eum dabatur actio in factum prætoris penalis, ad pœnam 50. aureorum *l. 18. & penult. b.* suppositis his requisitis (1) vt in ius vocacionem ad effectum deduxerit. (2) Patronus vocatus venerit, (3) & quidem inuitus, *l. 11. b.* (4) vt proprio nomine vocauerit. *l. 16. b.*

3. Hodie hoc edictum alienum est a foro nostro, cum esset illa violenta in ius vocatio. vid. *Dn. Schifter exerc. 7. §. 7. Struu. exerc. 5. th. 9. Zanger de except. p. 2. c. 8. n. 30.* Hoc tamen requiritur (1) vt in supplicatione pro decernenda citatione exprimaturs vinculum inter actorem & reum, vt iudex possit statuere, an citatio sit decernenda, an vero litigantes statim

a limine iudicii repellendi? Dn. Io. Sam Stryk *diff. de reiect. ab act. c. 1.* (2) vt modeste & reuenter procedatur. Dn. Stryk *in V. M. b. §. 2.*

4. Non incognita quoq; fuit olim *citatio*, quæ vel fiebat coram prætore voce præconis *l. 7. de integrum restitut.* vel legitimis interdictis, coram iudice pedaneo *l. 68. & seqq. de iudic.* conf. Huber. *b. n. 4.* quæ & poterant adhiberi, si reus latitabat, præcauens, ne aduersario obuius in ius vocaretur. Dn. Io. Sam. Stryk *de process. iur. Rom. antiq. c. 3. n. 34.* Hahn *ad W. b. n. 13.*

5. Hodie *citatio* est *actus iudicialis*, quo auctoritate magistratus reus ad petitionem aduersarii in iudicium ad certam diem vocatur *litis* vel alterius negotii peragendi gratia. Dn. Schilt. *Ex. 7. §. 9.*

6. Necessè vero est (I) vt in omni processu adhibeatur, etiam in summario, Clem. *sape de V. S.* quamuis in modo diuersitas esse possit Faber, in *C. l. 4. t. 3. def. 7. n. 2.* Meu. *p. 2. D. 237. n. 2.* imo & in notoriis Hahn *ad W. b. n. 13. verbo: etiam notoriis* & vbi iam reus præsens est. Struu. *exerc. 5. tb. 10.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 18.*

7. Vt (II) *decernatur a iudice competente*, cum ab incompetente facta non arctet, si incompetencia sit notoria, quod & in secunda instantia attendendum, in dubio tamen citatus comparere, & incompetenciam iudicis allegare debet, super qua postmodum ipse iudex citans cognoscit, Gail. *lib. 1. obseru. 48. n. 8. seqq.* Dn. Stryk, *introd. ad prax. for. cap. 4. §. 11.* si delegatus iudex citet, requiritur vterius vt copiam factæ delegationis transmittat Gail. *cit. loc. n. 17.*

Huber.

Haber. b. §. 16. formulam suppeditat Dn. Stryk in colleg. pract. cap. 2. ad §. 15.

3. Curandum quoque (III) ut citatio legitime conscripatur. Videlicet (1) exprimat nomen iudicis citantis Gail. cit. loc. n. 6, & sufficit nomen officii iudicis. Dn. Stryk Introd. ad prax. for. cap. 4. §. 13. In iudice delegato nomen proprium exprimendum, Martini in process. Sax. tit. 1. §. 1. n. 33. (2) Nomen citandi Gail. 1. observ. 49. quia contra non nominatum in citatione nihil discerni potest in processu, Brunn. in process. c. 3. n. 6. Meu. part. 1. dec. 256. n. 1. (3) exprimendum nomen & cognomen eius, qui citationem impetravit, ut cognosci queat, an ad instantiam partis citatio fuerit decreta Gail. l. O. 50. Hahn ad W. b. n. 13. Verb. in caus. privat. (4) exprimatursanscitacionis Gail. l. 1. O. 51. Citatus enim preparatus venire debet. Vnde solet libellus citationi adiungi vid. R. l. de anno. 1654 §. 34. Carpz. P. 1. C. 2. d. 27. n. 2. Brunn. ad l. 2. §. 3. ff. de iudic. n. 14. (5) locus fori, nisi notorius sit, addendus, & quidem honestus & tutus. Carpz. in process. T. 7. art. 2. n. 3, 8. Gail. l. O. 52. (6) dies & terminus comparendi exprimendus, secundum fori cuiusvis consuetudinem: vnde terminus debet esse (a) dies Iuridicus, alias obstat exceptio feriarum Gail. cit. loc. n. 1. seqq. fit (β) congruus, ne obstat exceptio termini nimis angusti. Hora non precise exprimenda Dn. Stryk cit. l. §. 24. Gail. 1. observ. 53. n. 7. (7) addatur quid ibi faciendum sit, Dn. Stryk Introd. ad prax. c. 4. §. 13. in fin. (8) tandem datum inferatur;

nam

nam in feriis diuinis concepta citatio non subsistit. Carpz. *l. 2. iurisprud. consist. def. 250.*

9. Curandum (IV) *ut species conueniens eligatur.* Est enim citatio vel *realis* vel *verbalis*; illa fit per apprehensionem personæ, & habet locum in grauioribus delictis, concurrentibus legitimis iudiciis, vt & in ciuilibus, vbi periculum fugæ concurrit. *l. 19. §. 16. qua in fraud. credit.* Berlich. *part. 1. concl. 49. n. 45. seqq.* Huc quodammodo pertinent literæ patentes die *Steckbrieffe.* Dn. Engelbr. *c. l. §. 19.*

10. *Verbalis* fit vel viua voce, maxime in causis summariis, vel interueniente scriptura, quomodo Nobiles & Doctores citandi, Brunnem. *in proc. ciuit. c. 3. n. 6.* & iterum est vel *publica* vel *priuata.*

11. *Publica* expeditur per edictum, si alio modo quis citari non possit, & debet is, qui petit hanc citationem, exprimere tria loca domicilio citandi vicina, vbi edictum citatorium affigendum Gail. *l. O. 57. n. 10.* Dn. Stryk *cit. l. §. 3. in fin.*

12. *Priuata* est vel *generalis* vel *specialis*; illa fit ad totam causam, qualis in camera & aliis dicasteriis sufficit. Hæc in omnibus actibus, vbi alterius simul interesse versatur, requiritur. Hahn *ad W. b. n. 13.* Dn. Stryk *cit. loc. §. 4.*

13. Vtterius diuiditur in *mediatam* & *immediatam*: hoc est, quæ fit absque vlllo alterius iudicis auxilio, & vbi citandus in citantis iudicis est territorio, licet non immediate eius iurisd-

risdictioni subfit. Vnde princeps in causis appellationum citat subditos mediatos irrequisito etiam iudice inferiori Franzk *l. 1. ref. 18.* Berlich. *p. 1. dec. 59. n. 2.* Meu. *ad ius Lubec. P. 3. t. 1. art. 7. n. 9.* Illa est, quæ fit mediante alterius subsidio, in cuius territorio citandus degit, vid. *l. 1. §. 2. de req. vel. absen. l. solent. ff. de cust. & exhib. reor.* per literas requisitoriales, Martini *in proc. Saxon. t. 4. in rubr. n. 54. seqq.*

14. Vtraque est vel *dilatatoria* seu *simplex*, quæ non præcisam comparitionis necessitatem habet: & *peremptoria*, quæ præcisam comparendi necessitatem requirit: qualis omnis citatio est, quæ tres simplices in se continet, vel quando tres simplices iam factæ sint, Meu. *1. dec. 258.* Struu. *ex. 5. §. 12.* Citatus simpliciter & non comparens tenetur ad expensas termini, de nouo tamen citandus: ast si peremptorie citatus haud comparuerit, statim proceditur in causa. Dn. Stryk *in V. M. b. §. 6.*

15. Denique alia citatio est *arbitratoria*, quæ necessitatem comparendi habet: vel *monitoria*, qua monetur tantum citandus, actum quendam in iudicio geri, in quo interesse eius versatur. Et hic liberum ei est, velitne comparere nec ne, Dn. Stryk *introd. ad praxin c. 4. §. 5.*

16. Tandem (V) curandum, ut legitime fiat citationis *insinuatio*. Ordinarie hæc fieri debet, (α) *reo*, actori tamen transmittitur memoriale ein Dencßzettel / vid. Nicolai *in proc. c. 3. n. 74.* (β) *insinuetur omnibus quorum interest*, Carpz. *p. 2.*

p. 2. def. 25. n. 2. & seqq. Meu. *p. 4. dec. 337.* sufficit vero, si procuratori communi insinuetur, ad quam constitutionem iudex compellere potest plures litis consortes Meu. *4. dec. 63. (γ)* fiat legitimo tempore non facile de nocte. Polidorus Ripa, *de noct. temp. c. 124.* bene tamen die feriata, Gail. *I. O. 53. n. 7.* quia in nudo facto consistit, aliud in iudiciali citatione per præconem facienda, quo refero *l. 2. & fin. C. de fer. (δ) intra territorium citantis*, nam in alieno territorio facta insinuatio esset quædam violatio iurisdictionis Meu. *7. dec. 390.* qui & varia remedia tuendi iurisdictionem *dec. seqq.* suggerit. conf. Gail. *I. O. 56.* Dn. Coccei. *de fundata in territ. potest. tit. 4. §. 10.* (ε) Quantum fieri potest ipsi citando insinuatio facienda in faciem, alias sufficit ad domum *vid. l. 4. §. toties de damn. infect.* Meu. *ad ius Lubec. cit. loc. n. 11. & seqq. & P. 7. D. 275. (ζ) fiat per nuncium iuratum*, cui fides habenda *l. 5. C. de exact. trib. Gail. l. O. 54. n. 4.* modo de actu suo deponat, & relatio eius actis inferatur. Idem *n. 5. & 7.* Carpz. *in process. tit. 7. art. 1. n. 69.*

17. Alias citatio est illegitima; convalidatur tamen per comparitionem spontaneam. Gail. *1. obs. 58.* Si præterea graue ex citatione imminet incommodum, appellatio quoque admittitur. Meu. *3. D. 153. & 4. D. 89.* Dn. Lynck. *de Grauam, extra iud. c. 3. p. 2. sect. 1. m. 1. §. 8. p. 96. seqq.*

18. Citatio inducit (1) præuentionem & litis penden-

pendentiam *clerm. ult. vs lite contest.* nisi fuerit circumducta *l. 73. §. 1. ff. de iudic.* (2) Facit rem litigiosam in actionibus realibus *Nov. 112. c. 1. vid. Dn. Thomaf. ad. Huber. tit. de litig.* (3) interrumpit prescriptionem *l. 2. C. de annal. ex-cessu. Mann. ad W. b. inf.* (4) perpetuat iurisdictionem. *Huber, b. l. §. 19.* (5) constituit debitorem in mora. *Fab. in C. l. 4. t. 24. Def. 35.*

TEXT. NOTAB.

L. 2. l. quia semper. §. l. parentes. 6. l. generaliter. 13. plerumque. 18.

Tit. V.

Si quis in ius vocatus non iuerit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

Loquitur hoc edictum de priuata in ius uocatione, & quidem ad magistratum maiorem; qui ius mulctæ dicendæ habebat. Pro arbitrio autem mulctatur, qui vocatus ire recusat *l. 2. pr. §. 1. b. nisi notorie incompetens sit iudex l. f. ff. de iurisd. vid. tit. antec. §. 7.* vel vocatus sit, qui vocari non debuit.

2. Simile quoad ultimam limitationem hodie occurrit in statibus Imperii, contra quos non mox ad preces subditorum decernenda citatio, sed prius literæ informatoræ a Domino terri-

territorii exigendæ: alioquin citatio est nulla.
R. I. de Anno 1654. §. Benebenst 105. Capit. Leopold. art. 3. in f.

Tit. VI.

In ius vocati ut eant, aut factis vel cautum dent.

1. **A** Necessitate comparandi ulterius vocatus liberabatur per idoneam cautionem *de iudicio fisti*, ubi tunc de die inter se conveniebant. Ordinarie autem fideiussores debent esse idonei *h. e. locupletes & facilis conventionis*; pro necessariis tamen qualiscunque fideiussor sub pœna 50. aureorum erat admittendus *l. 2. b. quod tantum intelligendum de non locuplete. Brum. b.*

Tit. VII.

Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat.

1. **P**ROponitur hoc edicto actio pœnalis prætorica ex delicto exemptionis orta, quæ datur illi, qui vocavit in ius contra eum, qui in ius vocatum vi eximit, ad pœnam soluendam, secundum æstimationem rei, de qua est controversia *l. 5. §. 1. l. fin. b.*

2. Fluit exinde (1) non habere locum hanc actionem in citatis ad iudicem pedaneum *l. 3. §. 1.*

§. 1. (2) si quis *vi iusta* exemptus sit, l. 3. pr. l. 4.
 §. 2. b. (3) non facile dari hæredibus, cum similis
 sit actioni iniuriarum, nisi eorum interfit. l. 5.
 §. fin. l. 4. b. (4) non dari contra hæredes. l. 5.
 §. ult. (5) contra singulos eximentes in soli-
 dum l. 5. §. 3. b. (6) eam præscribi anno. l. 5.
 §. fin. b.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. f. 1. si per alium. §. 1. r. 2. l. 6.

Tit. VIII. (II. 57)

Qui satisdare cogantur vel
 iurato promittant, vel
 suæ promissioni com-
 mittantur.

1. **M**ateria satisdationis prout hic traditur,
 fere exolevit. Dn. Stryk in *V. M. b. t. §. 1.*
 Frequentantur quidem in nostris iudiciis,
 quemadmodum in aliis rebus publ. cautiones,
 sed certe sub illa forma ex iure Romano non
 fluunt. Dn. Schilter *exerc. 7. §. 18.* In genere
 enim cautiones spectant ad regulas consilii &
 prudentiæ, & ex iisdem principiis Romani quo-
 que modos cauendi desumerunt. Vnde su-
 per admittenda cautione iudex cautus esse iu-
 betur, quod declarat Mev. 6. D. 124.

2. Cautio in genere est assicuratio, per quam
 aduersarium reddimus tutum. Qualis vero

assecuratio sufficiat, ex natura negotii desumendum. Sic ad cautionem *iudicio fisci* talis sufficiebat, per quam metus fugæ cessabat.

3. Ordinarie quatuor modis constituitur, (I) *fideiussoribus* idoneis *l. 1. h. l. 2. 7. 8. 10. b. l. 1. si quis in ius vocat.* quæ satisfactio dicitur, & requiritur, ubi pro *re incerta* cauendum, *l. 7. de stipul. prator.* quod rursus fuit ex regulis prudentiæ. (II) *pignoribus*, quæ admittuntur in quantitate finita & certa, imo etiam volente parte in iudiciis, quamvis lex fideiussores exigat. *l. 61. de V. S.* aliud si semel promissa cautio fideiussoria *Meu. p. 6. dec. 57. & p. 5. D. 346.* in praxi tamen obtinuit, ut cautio iudicialis ad certam summam pignoribus exigatur, *Meu. 2. D. 256. n. 5. Hahn ad W. b. n. 4.* quæ quantitas arbitrio iudicis pro causæ & personarum conditione definitur, *Meu. 3. D. 253.* quod si de pignoratitiæ idoneitate dubitatur, cautio iuratoria iungi potest *Id. 2. D. 257.*

4. *Iuratoria* quoque (III) aliquando admittitur, modo [a] *aliter caueri non possit*, *Carpz. P. 3. C. 15. def. 53. Meu. 9. dec. 42.* Unde quoque iurare debet se nec pignora nec fideiussores habere posse, *Nov. 112. c. 2. Ausb. generaliter C. de Episc. & Cler. Hahn ad W. b. n. 10. Finckelthaus O. 10. n. 34.* (β) *agatur civiliter* *Gail. de arrest. imp. c. 3. n. 7.*]γ] is a quo cautio exigitur sit *bona frugis nec suspectus de fuga*, *Zanger de except. p. 2. c. 21. n. 48. Struu. exerc. 5. §. 24. Meu. ad ius Lubecens.*

cons. l. 1. t. 5. art. 10. n. 52. qui tamen quodammodo ab hac sententia recedit. *part. 9. D. 94.*

5. Denique (IV) *nuda promissione* fit ab his qui bona immobilia possident, *l. 15. ff. b. modo [α] tempore huius cautionis prestanda* bona possideat *l. cit. §. fin.* Dn. Schilter. *exerc. 7. §. 20. & seqq.* Non vero simul desideratur specialis oppignoratio, §. 2. *I. de sacerdot.* quamvis id asserat Meu. *ad ius Lubec. P. 3. t. 5. art. 5. n. 21.* cum & bona quodocunque alienari possint, *l. 15. §. fin. b.* vid. Dn. Stryk *in V. M. b. §. ult.* Hahn. *ad W. b. n. 11.*

6. Requiritur [β] *vt bona illa sub eodem iudice sine sita.* Quod si coram Principe agatur, sufficit bona sub illo Principe sita esse, Dn. Stryk *in V. M. §. 9.* Martin, *in proc. Sax. cit. 13. §. 1. n. 92.* [γ] *Immobilia* requiruntur, quibus etiam annumerantur annui reditus Meu. *ad ius Lubec. cit. l. n. 9. seqq.* nec mobilia sufficiunt, nisi sint pretiosa, & non facile de loco in locum transferri possint. Carpz. *P. 1. C. 5. D. 19.* Meu. *ad ius Lub. cit. l. n. 25.*

7. Imo (δ) *possessio actualis & talis* requiritur, *qua securum possit prestare aduersarium.* Vnde [1] *folus usufructus* non sufficit *l. 15. §. 1. b.* Dn. Stryk *V. M. b. §. 10.* nec (2) *sola spes consequendi bona immobilia* Brunnem. *ad h. 1. §. 21. ff. de Collat. n. 32.* (v. c. *simultanae inuestitura* Carpz. *P. 1. C. 5. D. 12.* Stru. *Ex. 2. tb. 25.* Martin, *cit. l. n. 21. seqq.*) nec [3] *actio personalis ad rem immobilem* *l. 15. §. 4. b.* E contra-

rio sufficit vtile vel directum dominium *l. 15. §. 1. b.* & qui reuocabile habet *l. 15. §. 3. b.* imo nec nocet, si possessori lis de illis bonis ab alio fuerit mota *l. 15. §. 6. b.* vel ab ipso aduersario, qui cautionem exigit, quanquam hanc controuersiam hodie otiosam esse arbitretur Dn. Schilt. *Ex. 7. 2b. 19.*

8. Cauebat autem olim regulariter reus de iudicio sisti, h. e. se die dicto liti adfuturum, *l. 8. pr. b.* Sed tempore Iustiniani cauebat se ad terminum litis in ea permanfurum §. 2. *l. de satisfid.* Actor vero reo cauebat, [1] se intra duos menses a tempore porrecti libelli litem contestaturum *Auct. libellum C. de lit. contest.* [2] se in lite permanfurum vsque ad eius exitum, [3] si fuerit victus, decimam litis expensarum nomine reo soluturum Huber. *b. §. 3.*

9. Hodie cautiones adhuc requiruntur in omnibus iudiciis etiam summariis & executiuis. Hahn. *ad W. b. n. 4.* & generaliter circa eas sunt sequentia obseruanda: [1] vt *ante L. C. perantur*; & quidem in primo termino Brunn. *ad Rubr. 1. b. n. 1. Meu. 1. D. 137.* [2] vt super receptione *altera pars audiatur* Id. 3. *D. III.* [3] vt *causa cognitio accedat.* Non enim onerandus est actor cautione si sit superuacua Meu. 2. *D. 26.* Martin. *in proc. Sax. tit. 13. §. 1. n. 46. seqq.* Inde quoque iudex statuet de quantitate Id. 5. *D. 153.* & an noua sit iniungenda, si prior desit, Id. 5. *D. 8.* it. an fideiussores sint idonei, *l. 5. §. 1. b.* Meu. 2. *D. 257.* Peck *de iure sistend. c. 45. n. 14.*

10. Quo-

10. Quoad modum cauendi, certum est, hodie reum non aliter cautionem præstare, quam si de fuga sit suspectus Carpz. *in proc. tit. 9. art. 5. n. 15.* vel bonis suis abuti incipiat, tunc enim potest actore petente iudex reo iniungere cautionem *iudicatum solui* etiam in secunda instantia. Meu. 1. D. 177. & 3. D. 75. Dn. Stryk *V. M. b. §. 3.* Idem dicendum, si cautio hæc ex pacto debeatur. Meu. 3. D. 75. De foro Saxon. viii. Martin. *ad Proc. Sax. lit. 13. §. 3. n. 53.*

11. Actor vero in quibusdam iudiciis adhuc cauere debet de lite prosequenda. Martin. *cit. l. §. 1. n. 5.* Dn. Stryk *cit. l. §. 6.* In foro vero Saxonico præstat cautionem pro reconuentione & expensis Coppen. 2. *obs. 101. n. 7.* Martin. *cit. l. n. 23.* Iure vero communi cautio pro reconuentione superuacua est. Dn. Stryk *c. l. §. 7.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. fideiussor, 2. l. si vero, 5. §. 1. l. quoties, 6. l. si fideiussor, 7. §. 1. & 2, l. 8. §. 2. in f. l. 10, l. sciendum est, 15.

Tit. IX.

Si ex noxali causa agatur.

IN actione noxali simul cauere debebat Dominus (1) se feruum velle sistere *in eadem causa.* Huber. *b. (2) donec iudicium accipiatur.* Lite enim contestata res facta erat litigiosa. Hahn, *ad W. b.*

Tit. X.

De eo, per quem factum est, quo minus quis in iudi- cio sistat.

Proponitur *b. r.* actio in factum rei persecutoria competens ei, cuius interest, vocatum impeditum non fuisse, aduersus eum, qui dolo malo impediuit, ne quis in ius veniret ad interesse. Facile autem distinguitur ab actione pœnali contra eum, qui *vi* exemit. Aduersus heredem non datur nisi locupletior sit. *l. 1. §. ult. b.* Huber *b. l. §. 4.* si vtriusque & actoris & rei dolus concurrat, compensatur dolus vtrinque *l. 3. §. 2. b.* Hodie non adeo ingens damnum ex tali impedimento oriri potest, vti quidem olim *l. 3. §. 1. b. r.* quanquam ordinarie expensæ retardati processus adiudicari soleant Dn. Stryk *V. M. b. §. 2.*

TEXT. NOT.

L. 3. §. 3. h.

Tit. XI.

Si quis cautionibus in iudi- cio sistendi causa factis non obtemperauerit.

I. **R**eo se non sistente, qui tamen vadibus seu fideiussoribus cauerat, *vadimonium* dese-

deserebatur, & actori eō nomine contra vades dabatur actio. *Eremodiciū* autem *desertum* dicebatur, si vel actor non occurreret vadimonio, vel reus liti post L. C. se subduceret vid. *l. 11. § 13. ff. iudic. solu.* Dn. Lynck *in proeribun. p. 37.* Huber. *b. §. 4.* & quidem *eremodicio* deserto, lis *deserebatur*, non vero *vadimonio*.

2. Non tantum vero *fideiussores* *vadimonio* deserto tenentur, sed etiam ipse, qui contumax fuit *l. 2. §. vlt. qui satisd. cog. l. vlt. si quis in ius* ~~des.~~ vel ad id, quod interest, vel ad quantitatem promissam petendam vid. *l. vlt. de prator. stipul.* Moderanda tamen ex æquitate aliquando illa quantitas secundū *l. vn. C. de sent. qua pro eo quod inter. conf.* Dn. Stryk *b. §. 22.* Sed & alii modi coercendi contumacem sunt, de quibus vid. *Martini in process. Saxon. t. 10. §. 4. & seqq.*

3. Ut vero contumacia suos effectus habeat, requiritur (I) *ut legitima antecesserit citatio*: Carpz. *P. 1. C. 9. d. 17.* Sane ante tertiam citationem, contumaciæ nemo argui potest, Meu. *ad ius Lubocens. p. 5. t. 4. art. 1. n. 3.* Sicut nec qui citatus est ad domum, cuius alia ratione potuit, haberi copia, Idem *p. 7. dec. 257.*

4. *Terminus* (II) *præfixus sit præterlapsus* *necessè est. l. 1. b.* Dies vero, quo terminus assignatus, non computatur in termino, bene tamen ultimus dies termini. Struu. *Ex. 5. tb. 31.* Et sufficit si horis matutinis citatus post meridiem, compareat quousque scil. eo die ius dicitur, Dn. Stryk *introd. ad prax. for. c. 4. §. 14.* aliud er-

go est, si horis pomeridianis cesset sessio iudicialis.

5. *Accusanda* (III) *in termino contumacia* absentis, Gail. *l. O. 55. n. 7.* Meu. *g. dec. 428.* vbi accusans docere debet ad scientiam contumacis decreverum iudicis venisse Carpz. *cit. loc. def. 16.* In criminalibus iudex contra contumacem procedit ex officio Meu. *p. 8. dec. 357.* Exprimendum quoque in accusatione contumaciæ, quo remedio contra contumacem sibi consulere velit. Meu. *p. 3. dec. 390.*

6. *Iudex* (IV) *sententiam interlocutoriam aduersus contumacem ferre debet* Meu. *cit. dec. 428. n. 3.* Richter *Vol. 2. conf. 209. n. 2.* quod de termino a iudice præfixo intelligendum, non de termino legis Meu. *part. 8. dec. 170. n. 3.* Dn. Zaunschliffer *de off. iudic. suppletor. p. 2. concl. 17. §. 3.*

7. Tandem (V) necesse est, vt absens *nulla legitima impedimenta pro se allegare possit*, quæ alias liberant a pœna contumaciæ. Dicuntur alias *Ehehafften* / vid. Dn. Stryk *b. V. M. §. 6.* plura recensentur in hoc tit. vid. *l. 1. h. Martini in process. Sax. t. 10. §. 4. n. 52.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 33.* Ceterum tota doctrina de legitimis impedimentis arbitrio prudentis iudicis committenda, qui ad has respiciet qualitates, [1] ne sint affectata [2] de facili remouenda vid. Meu. *part. 8. D. 438.* [3] iniusta, Idem *ad ius Lubecens. cit. loc. n. 26.* [4] ne in specie impedimentis illis sit renunciatura *l. 4. §. 4. b. t.*

8. Probandum autem impedimentum summarie

marie fiat *probatio* Carpz. *p. I. C. 9. d. 10.* & in dubio præstat adhuc audire contumacem, quam inauditum condemnare Meu. *part. 8. dec. 289.* vnde condemnatio *bis auff die Ehe* hæstte conditionem in se continet, nisi docuerit legitima impedimenta. Meu. *ad ius Lub. c. l. n. 21.*

9. Actore contumace ante L. C. petere reus potest, vt ab instantia absoluator, refusis expensis, nec ante refusionem reus ad vltiorem obligatur responfionem *l. Sancimus. 15. C. de iud.* Dn. Stryk *in introd. ad prax. for. e. 6. §. 3.* quin & insuper cautionem de lite prosequenda præstare debet: Berl. *p. I. concl. 17. n. 19.* & sic citatio dicitur *circumducta* omnesque effectus perdit, Meu. *ad ius Lub. cit. loc. n. 9.* Idem in camera obseruatur proclamate antecedente. Blum. *in proc. Cam tit. 66. n. 46.*

10. Lite iam contestata reus præter modum iam designatum petere potest, vt in causa principali procedatur, quo casu iudex super ipsa causa pronunciat, & si rei ius liquidum sit, eum absoluit definitiue. *autb. qui semel C. quom. & quand. iud.* Imo aliquando pro contumace pronunciare potest *l. 73. pr. de iudic.* semper, tamen eo in expensas condemnato. Dn. Stryk *cit. l. §. 4.* Meu. *s. D. 18.* vid. R. I. de Anno 1654. *n. 44.* Dn. Textor. *disp. 4. tb. 23. seq.*

11. Reus contumax varie coercetur, vel multæ indictione *l. 2. §. 1. si quis in ius voc.* vel captis pignoribus. *l. 5. §. 10. de agnosc. vel al. lib.* vel missione in possessionem *l. 19. pr. ff. de in ius*

*uoc. l. 3. C. de proc. l. 13. §. 3. C. de iudic. c. ult. X. de eo qui mitt. in poss. vel restitutione expensarum, & denegatione audientix l. 15. C. de iudic. vel pœna confessi & conuicti conf. Brunn. in Proc. Civ. c. 4. n. 9. seqq. Dn. Stryk cit. l. §. 8. vel petere potest, vt lis habeatur pro negatiue contestata, & sic admittitur actor ad probandam suam intentionem. Dn. Stryk *idid.* §. 5. In Saxonia vero habetur lis pro affirmatiue contestata. Quomodo vero ulterius in Saxon. procedatur contra reum contumacem plenius deducit Mart. *ad Proc. Sax. tit. 10. §. 4. & Carpz. in Proc. tit. 8. act. 3.**

TEXT. NOTAB.

l. non exigimus. 2. §. 8. l. sed & si 4. §. 4. l. 8. l. 10. §. 1. & 2. l. qui autem. 12. §. 1.

Tit. XII. (III. II. 12.)

De feriis dilationibus & diuersis temporibus.

TRes sunt huius tituli partes: (I) agitur de feriis, quæ *iuridice* consideratæ sunt tempora, quibus filet forensis strepitus, alias dictæ dies nefasti. Huber. *b. t. §. 1.* & propterea clauduntur iudicia. Differt ab his *iustitium*.

2. Sunt vel diuinæ vel humanæ; utraque vel solennes seu ordinariæ vel repentinæ *l. 1. & 4. C. b.* Diuinæ ad Dei cultum: humanæ vero ob vtilitatem publicam conceduntur: illis pri-

priuata auctoritate renunciari nequit, bene,
 tamen his, tam expresse, quam tacite, quod
 fit, si citatus omittat exceptionem feriarum.
l. 1. §. 1. l. 6. ff. b. Feriæ diuinæ computantur
 a vespera vsque ad vesperam *C. 1. §. 2. X. b. 1.*
 ceteræ feriæ incipiunt a media nocte vsque ad
 mediam noctem *l. 8. ff. b. Franzk. b. 1. n. 21.* In
 eo conueniunt, quod profint omnibus, modo
 iudicia eo tempore vbique sint clausa, *Dn.*
Stryk. in Comment. ad Laut. b. V. omnibus. & quod
 constituentur a summa Maiestate *l. 4. C. b. 1.*
Ziegl. de iur. mai. l. 1. c. 17. §. 1. Dn. Stryk. V. M.
b. §. 1. seqq. determinatio tamen feriarum iam
 constitutarum aliquando fit a magistratu sub-
 alterno, *l. 4. b.* alicubi vero a principe per le-
 gem publicam. Sic tempus messium est a die
 Margarethæ ad diem Bartholomæi vid. *Carpz.*
1. 10. in process. art. 1. n. 9. Latius de diuisione fe-
 riarum *Franzk. b. n. 10. seqq.*

3. Maior differentia est ratione negotiorum
 in feriis peragendorum. In diuinis nulli actus
 iurisdictionis contentiosæ absque nullitate fi-
 eri possunt, *l. 7. §. ult. C. b. Dn. Stryk c. 1. §. 10.*
 vbi vero necessitas vel periculum in mora est,
 aliud dicendum vid. *l. 10. C. b.* Referunt huc
 etiam causas summe fauorabiles, alimento-
 rum, pupillorum & aliarum miserabilium per-
 sonarum *Vmm. ad process. disp. 7. n. 41. Gail. 1.*
O. 53. n. 13. transaetiones, vid. cap. ult. X. b. l.
2. C. b.

4. Voluntariæ iurisdictionis actus facilius ad-

admittuntur, modo causæ cognitionem non requirant & differri possint, *l. 8. C. b. Franzk. b. n. 26. seqq.* Extraiudiciales vero necessitatem non habentes fieri nequeunt, vnde prohibentur comœdiæ & spectacula *l. fin. C. b.* mercimonia *C. 1. b.* cura agriculturæ, certo modo tamen permissa *in l. 3. C. b. t.* vid. *Nuu. Leon. 54. & c. 3. X. h.* Quæ ad publicam curam spectant facilius admittuntur, vt cura annonæ publicæ & disciplinæ militaris *l. 3. & 9. C. b.*

5. In feriis humanis inuitis partibus procedi nequit, *l. 1. & 6. b.* Causæ tamen publicæ fiscales aliæque magni momenti, & quæ moram non patiuntur, fieri possunt *l. 1. & 3. ff. l. 5. C. b.* vt causæ ædificiorum. *Meu. 6. dec. 261.*

6. Deinde (II) agitur de *dilatione*, quæ est in genere spatium quoddam actibus iudicialibus peragendis destinatum; quatenus vero a *prorogatione* distinguitur, tunc prædicatur de assignato primo spacio; prorogatio autem de assignati termini & nondum elapsi vltiore extensione *Hahn. ad W. b. n. 9. Gail. 1. Obs. 91. n. 21.* vnde lapso termino non prorogatio, sed noua dilatio est, impedimentum tamen perdurans ipso iure prorogat dilationem, *Meu. 8. dec. 203.*

7. Diuiditur in *legalem*, quæ a lege, & *conventionalem* quæ conuentione partiũ, & *iudicialem*, quæ a iudice determinatur. Hanc iudex prorogare potest, *Berlich, 1. dec. 118.* non arctare. *Klock 3. Conf. 172. n. 13.* Circa legalem terminum distinguendum est, an sit partibus præscriptus,

an

an iudici: Hoc casu ad arbitrium iudicis pertinet *l. 2. de re iudic.* nisi præcise determinatus fuerit, quem ampliare, sed non coarctare licet in præiudicium partis, qualis est executionis; Struu. *ex. 5. tb. 37.* Illo vero interest, vtrum præcise & sub pœna iuris amittendi sit præscriptus, vt fatale decendii, & hic mutari nequit *autb. hodie C. de appell.* an vero solum ordinarie seu regulariter, & hic prorogatio admittitur *l. 1. C. b. Struu. ibid.* conuentionalis mutatio a conuentione partium dependet.

8. Dilationum iudicialium varias species recenset Brunn. *in proc. c. 6. n. 2.* *Citatoria* ordinarie hodie absorbet deliberatoriam, cum libellus ipsi citationi inferatur, *R. I. de Anno 1654. §. 34. in f.* Ab hac differt *probatoria*, quæ conceditur illi, cui probatio iniuncta, & regulariter est peremptoria. Franzk. *b. n. 36.*

9. In dilationibus concedendis obseruandum (1) *ne nimis multiplicetur*, ne lites protrahantur. Iure Ciu. in ciuilibus regulariter vna conceditur *l. f. b.* in criminalibus tres reo, binæ vero accusatori: *cit. l.* sed hodie inuersam esse faciem, merito dolet Dn. Stryk *in V. M. b. §. 16.* Vnde etiam in ciuilibus hodie concessionem, hanc dependere ex arbitrio iudicum asserunt, Dd. Franzk. *b. n. 40.* (2) vt concedantur *ex causa iusta*, quæ si adfit, aliquando ex officio constituitur; Meu. *2. D. 369.* alias probanda Dn. Stryk *introd. in prax. for. c. 8. §. 7.* Meu. *9. D. 24.* & aliquando iuramentum calumniæ a petente exigi-

igitur *Nov. 90. c. 4. c. pen. X. de testib. Meu. 5. D. 315. Mynf. i. O. 72. nisi de impedimento satis constet, Gail. 1. Obsf. 91. n. 6. Brunn. ad l. 7. b. n. 7. (3) adhibeatur causa cognitio l. 4. & 6. C. b. c. 5. X. vt lite non contest. & quidem leuior quoad primam dilationem, quoad secundam & vltiorem maior R. I. de A. 1654. §. 50. Brunn. ad l. 7. b. n. 4. seqq. conf. Vmm. in proc. disf. 7. ch. 5. n. 17.*

10. Effectus dilationis sunt (1) quod vtrique parti fiat communis l. petenda. 6. C. de temp. restit. (2) a contumacia excuset l. 2. §. pen. de iudic. (3) pendente ea nihil sit innouandum l. 3. C. b. (4) perimat actum, qui in assignato termino fieri debuit, modo terminus sit praiudicialis. Declaratoria tamen sententia iudicis requiritur. Hahn. ad W. b. n. 14. Dn. Pagenstech. sicil. 4. p. 31. Martin. in proc. Sax. tit. 20. §. 5. n. 58. seqq.

11. Tertia pars agit de diuersis temporibus, quo pertinet l. more maiorum. 8. ff. b. vbi de computatione dierum agitur. conf. Gothofr. in not. ad cit. l. In hac vero multum situm esse ostendit Dn. Stryk V. M. h. §. 15. cetera expendit Dn. Lynk in comment. h. §. vlt.

TEXT. NOTAB.

L. ne quis. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. l. more maiorum. 8. l. Diuus Traianus. 9. Ex Cod. l. quoniam 1. l. siue pars. 3. l. 4. de Dilat. l. omnes iudices. 3. l. a nullo 4. l. actus. 8. l. pro-
uinciarum 10. l. Dies festos. 11. de feriis.

Tit. XIII. (II. I.)

De edendo.

IN ius vocatus olim non statim tenebatur. Cedere actionem, sed tunc demum, vbi in ius ventum esset. Franzk *b. §. 2. Dn. Schiker ex. 7. §. 32. vid. l. 1. §. 1. b.*

2. Est vero *edere*, demonstrare & designare genus futuræ litis, vt reus secum deliberare possit, vtrum cedere an contendere velit *l. 6. §. 7. ff. l. 3. C. b. modi edendi varii erant l. 1. §. 1. b. Hahn ad W. b. n. 1.* Erat vero hæc rudis, accurata enim post impetrationem formulæ sequebatur, Ræuard. *protrib. c. 4.* vnde multo minus hæc editio actionis expressionem nominis in se continebat. Dn. Stryk in *V. M. b. t. §. 1. Struu. exerc. 5. §. 40. Zigler. in praelect. publ. ad ius canon. c. 6. de iudic.* neque etiam hodie necessaria est, quamuis fiat vtiliter Dn. Schilt. *exerc. 1. §. 7.* Notio iure editio actionis fit per *libellum*, *aut b. afferatur C. de lit. contest. N. 53. C. 3. X. de libell. oblat.* Est vero *libellus legitima aëtoris petitio, intentionem & futura litis speciem continens l. 3. C. b. Hahn ad W. b. n. 3. Huber b. §. 5.* concipitur vel in scriptis in ordinario processu, Textor. *in prax. iudis. p. 1. c. 3. n. 1. Carpzov. in prax. crimin. p. 3. qu. 106. n. 76.* vel sine scriptura, in causis summaris, *elem. sape de V. S. & modicis Nov. 17. c. 3. & executiuis. Vmm. ad process. disp. 6. th. 10.*

3. Diuiditur in *ciuilem & criminalem*: vbi differen-

ferentia in modo concludendi & concipiendi notanda. Ille rursus est vel *solemnis* vel *minus solemnis*. Ille locum habet in processu ordinario, & solenniforma constat: hic vero in processu summario: vbi in foris Saxonix multum interest respectu modi petendi Dn. Stryk *in colleg. præct. ad cap. I. §. 13.* ille facilius reiici potest ob nimiam solennitatem; hic facilius sustinetur.

4. Requisita libelli alia sunt necessaria, alia arbitraria. Illa consistunt in his: (I) Libellus sit *simplex*. Articulus iusta ex ratione in *R. I. de A. 1654. §. 34. & 64.* prohibitus & adeo ipso iure nullus est, vt etiam hæc exceptio post L. C. adhuc opponi possit Carpz. *p. 1. c. 2. d. 1. n. 6.* & ipse libellus ex officio a iudice ab actis reiici Dn. Io. Sam. Stryk *de reiect. ab act. c. 2. n. 53.* Admittuntur tamen adhuc articuli in criminalibus. Carpz. *in prax. crim. p. 3. qu. 113. n. 22. & in process. tit. 6. c. 1. n. 55.*

5. Sit (II) *breuis*, remotis omnibus superfluis quæ præsentî actioni & factô minus inferuire possint, *l. ult. §. 1. C. de appell. c. 15. X. de iudiciis c. 8. X. de except.* vnde nihil adducendum, quod probari nequit Dn. Stryk *introd. ad prax. forens. c. 7. §. 5.*

6. Sit porro (III) *clarus & perspicuus* Huber. *b. t. §. 8. arg. auth. offeratur C. de litis contest. vi-* tanda quoque est obscuritas ratione scripturæ & lectionis. Zaunschliffer *de off. ind. suppletor. p. 2. concl. 17. §. 1.*

7. Ulterius (IV) *sit aptus*, h. e. ipsi negotio conueniens, Huber. *b. §. 7.* ineptum enim a iudice ex officio reiiciendum esse volunt Gail. *I. O. 56. n. 4.* quantum tamen fieri potest, iudex curare debet, vt sustineatur. Gail. *cit. loc. n. 9.* Brunnem. *proc. ciuil. c. 3, n. 14. cit. disput. de reiect. ab act. n. 30.*

8. Oritur autem imprimis ineptitudo ex *inepta cumulatione actionum*, Zanger *de except. p. 2. c. 19.* tali scilicet, quæ nullo modo sustineri potest. Meu. *p. 8. dec. 134.* Alias concursus actionum est vel *cumulatiuus* vel *electiuus*, §. 5. *I. quod cum eo qui in al. pot. §. 16. I. de obl. qua ex delicto.* vel *Alternatiuus*, vt si publiciana cumuletur cum rei vindicatione, vel *successum*. Extra hos modos cumulatio fit inepta, præsertim si contrariæ actiones inter se cumulentur.

9. Sit etiam (V) *certus*, vt reus intelligat, quid quantumue a se petatur, Huber *b. §. 8.* vnde reiicitur libellus generalis & alternatiuus, nisi natura actionis hoc admittat, *l. 1. pr. de rei vind. l. 76. §. 1. eod. l. 28. pro soc. l. 2. C. de re scind. vend.* Gail. *I. O. 62. 68.*

10. Denique (VI) requiritur, vt *rite & secundum stylum iudicii* concipiatur, Carpz. *p. 1. c. 1 d. 2. n. 1.* hinc necesse est (α) vt exprimatur *nomen iudicis & partium litigantium*, & quidem omnium, si plures sint, (β) *causa agendi*; in reali vero sufficit expressio causæ proximæ, quanquã vtiliter remota adiiciatur: in personali autem necessario remota seu specialis addenda *c. f. X. de libell.*

libell. obl. Gail. l. O. di. n. 6. seqq. (γ) narratio facti perspicua & brevis, ut inde iudici constare possit, quæ sit instituta (δ) liti contestationis petitio, (ε) commoda ex natura actionis desumpta conclusio. Dn. Stryk: intr. in prax. for. c. 7. §. 3. Gail. l. O. di. quæ tamen in causis criminalibus omitti potest, Gail. c. l. n. 19. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 41. ibi f.

11. Arbitrariæ partes libelli sunt variæ clausulæ, quæ tamen quoad maximam partem otiosæ, vid. Huber. b. §. 9. Dn. Stryk ad Laut. b. pag. 90. & in V. M. b. §. 4. & seqq. Pertinet huc imprimis clausula salutaris, cui ingentes adscribuntur vires præter meritum. Dn. Stryk in V. M. b. §. 7. quin quod tota, si rem penitus consideramus, erroneis nitatur fundamentis, ceu pluribus deduxit Dn. Io. Sam. Stryk *pecul. diss. de claus. libell. salutar.*

12. Libellus ita legaliter confectus, emendari quidem omni tempore ad usque sententiam potest. Carpz. p. 1. constit. 11. def. 12. Fachin. 1. contro. 91. difficilius autem mutari præsertim post litem contestatam vid. l. 3. C. b. l. 25. d. R. V. l. 5. & 23. de iudic. conf. Huber. b. 1. §. 11. quamvis adhuc variant Doctores hac in re propter §. 34. & 35. l. de actionibus. praxis tamen magis certa est, ut mutatio tantum usque ad L. C. permessa sit. Dn. Stryk in V. M. b. 1. §. 20. Renunciare tamen liti permissum est, refutis scilicet expensis, ubi tamen tunc omnia ex integro agenda. Dn. Engelbr. cit. l. §. 42.

13. Altera pars rubricæ est *de edendis instrumentis*, ad quam editionem actor vel alius aliquando obligatur *ex lege*: Hahn. *ad W. b. n. 11.* circa quam sunt obseruanda sequentia, (I) *debet illa peti. l. 2. §. 6. §. 8. b.* vel ordinaria actione ex contractu, *l. 9. pr. b. l. 48. de act. E. V.* vel in factum, *l. 1. §. 2. l. 2. 3. 4. §. 1. b.* imo etiam exceptione. Hahn. *ad W. c. l.*

14. Necessum quoque (II) est, vt *presumptio* sit aduersarium instrumenta edenda possidere, quam pars exigens adducere debet, Carpz. *in proc. t. 14. art. 4. n. 7.* quod si neget, se possidere amplius instrumenta, res iuramento committitur, Mev. *7. dec. 280.* imo si in amissione instrumenti se fundat, hæc docenda Id. *3. D. 10.* (III) vt editio petatur *citra calumniam*, *l. 6. §. 2. l. 9. §. pen. b.* inde summarie interesse suum petens docere debet, Gail *I. O. 106. n. 3.* aliquando etiam iuramentum calumniæ petenti imponitur, *l. 6. §. 2. l. 9. §. 3. b.* Dn. Stryk *V. M. b. §. 15.*

15. Edenda vero sunt (IV) instrumenta *sine die & consule*, *l. 1. §. 1. b.* Hahn *ad W. b. n. 13.* quod in praxi non attenditur, Dn. Stryk *b. t. §. 13.* magis vero (V) illud, vt *integra* edantur, nisi diuersa contineant negotia, tunc enim clausula concernens tantum edi debet, *c. 5. X. de fide Instr. l. 10. §. 2. b.* Besold. *conf. 272. qu. 4.*

16. Ad edendum principaliter obligatur actor *l. 1. §. 2. h. l. 5. 6. & ult. C. b.* etiam, quæ reo proficua sunt ad excipiendum, licet actor iisdem

dem non fit vſurus, *l. 5. C. b. conf. Brunnem. ad l. 1. n. 9. b. Faber in cod. b. d. 16. Casus exceptos recenſet Martini ad proc. Sax. t. 26. §. 1. n. 12.*

17. Reum eodem modo leges obligare noluerunt ad edenda instrumenta auctori, *l. 1. & ſn. C. b. modo (α) veritas aliter haberi poſſit, (β) l. 1. C. b. cauſa auctoris non fit fauorabilis, qualis eſt Fiſci, l. 3. b. t. l. 2. §. 2. de iure Fiſci, item Eccleſiarum, dotis, pupillorum, Meu. 5. decif. 317. Brunnem. ad l. 3. n. 2. b. (γ) Instrumenta ſint rei propria. Aliud itaque ſi ad auctorem pertineant iure domini, *l. 4. pr. l. 6. §. 6. b. vel ſint communia, l. 5. fam. herciſc. l. 7. C. l. 9. ff. b. (δ) auctor illa petat ad fundandam actionem; ſecus ſi ad replicationem, l. ſn. C. b. vel etiam tantum ad adiuuandam eius intentionem, Faber in C. l. 2. t. I. def. 1. n. 5. conf. Hahn. ad W. b. n. 12. Martin. cit. l. n. 25. ſeqq.**

18. Tertius adſtringitur ad edenda documenta, quoties iuſta cauſa, quæ ſemper hic ſupponitur, doceri poteſt, præſertim ſi circumſtantiæ *§. antec.* hic occurrant, *l. 7. G. b. Gail. l. O. 106. n. 4. 5. & 6.*

19. Modi cogendi ad editionem ſunt varii. Si auctor detrectet editionem, vltior audientia ei denegatur, ſi vero reus, habentur pro editis & recognitis. Hahn. *ad W. b.* quin & actionem in factum prætoriam ex hoc edicto largiuntur *Id. cit. loc.* Si tertius detineat, decernuntur *compulſoriales, vel reſiſtoriales, ſi tertius*

tius alienæ subfit iurisdictioni. Carpz. *in process.*
tit. 14. art. 4. n. 61. conf. Meu. 3. dec. 117. Dn.
Engelbr. b. §. 44.

TEXT. NOTAB.

L. 2. pr. §. 2. 3. l. senatus. 3. l. 8. pr. 1. quædam. 9. §. 3. l. ar-
 gentarius. 10. §. 2. 3. in f.

Ex Cod. l. is apud quem. 2. l. qui accusare. 4. l. non est nouum.
 §. 1. procurator. 7. auth. si quis l. 8. in f.

Tit. XIV. (II. 3)

De Pactis.

1. **C**onuentio seu pactio generali sensu est
 duorum pluriumue in idem placitum
 consensus, l. 1. §. 2. 3. b.

2. Requiritur itaque (1) *consensus*, vnde (a)
 qui plane consentire nequit, ad paciscendum
 non admittitur, veluti infans, l. 18. §. 3. *C. de iure*
deliber. sed totum negotium cum tutore per-
 agendum. Dn. Stryk *de cautel. cont. sect. 1. c. 2. §.*
 3. exceptio est in l. 3. *C. de acquir. poss.* Idem di-
 cendum de furiosis & mente captis l. 1. §. 12. *de*
O. & A. §. 8. l. de inutil. stipul. l. 2. §. 3. de iur. Codi-
cill. scil. qua talibus: aliud si dilucida habeant
 interualla l. 18. §. 1. *de acquir. poss.* Ebrii in sta-
 tu ebrietatis furiosis comparantur. Dn. Stryk
cit. l. §. 12.

3. Deinde (β) arcentur a paciscendo, qui *iur-*
is declaratione velle non creduntur, quales
 sunt prodigi. l. 40. ff. *de R. I. l. 12. §. f. ff. de curat.*
dat. l. 18. qui testam. fac. poss. quando agitur de
 obligando personam propriam l. 6. *de V. obl.*

Huc pertinent quodammodo, qui parent imperio patris vel domini *l. 4. ff. de R. I.* In seruos enim nulla obligatio cadit, quanquam domini per seruos possint contrahere. *t. c. l. de stipul. seruo* Filiifamil. vero cum patre non contrahunt, §. 4. *l. de inutil. stipul.* excepto peculio castrensi & quasi *l. 2. ff. ad SCt. Maced. l. 14. ff. de iudic.* cum aliis tamen valide contrahunt *l. 39. de O. & A. l. 57. de iudic. l. 44. de pecul.* excepto mutuo.

4. In quibus vero (γ) imperfectius iudicium vel aliud impedimentum circa consensum occurrit, illi non in totum sed in tantum a contrahendo arcentur. Huc pertinent infantia proximi, qui alium sibi efficaciter obligant *l. 59. de O. & A. l. 41. de cond. indeb. §. 9. l. de inutil. stip.* se ipsos ne naturaliter quidem obligant, *cit. l. 59.* nisi in tertii præiudicium *l. 1. §. 1. de Nouat. l. 127. de V. O. l. 6. de V. O.* quia eorum obligatio claudicat. Dn. Stryk *cit. l. §. 18. & 20.* Idem dicendum de pubertate proximis, qui tamen se naturaliter obligant *l. cit. 127. l. 25. §. 1. quand. dies leg. l. 111. de R. I. l. 21. pr. ad L. Falcid.* Tutore vero auctore efficaciter obligantur *pr. l. de auct. tut. Struu. Ex. 6. tb. 39.* sicuti etiam aliquando ex æquitate Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 9. in f.*

5. Minores iam perfectius iudicium habent, hinc subsistit negotium ab iis celebratum, salua restitutione *l. 3. C. de in integr. restit. l. 13. pr. de excus. tut.* sed per indirectum tamen aliquando sei-

seipfos obligare non possunt, quando curatores acceperunt, modo res eorum respiciat negotium, *l. cit. 3.* secus si personam tantum, quo pertinet obligatio sponsalitia *l. 20. de R. Nupt. l. 8. C. eod.* vel ad factum, *l. 101. de O. Obs. Dn. Stryk cit. l. §. 21.*

6. Muti & surdi contrahere possunt, si mentem sufficienter exprimere possunt: alias curatore indigent, Dn. Stryk de *iur. sens. diss. 4. c. 3. n. 6.* nisi præcise verba ore nuncupata requirantur. *§. 7. l. de inutil. stipul. l. 1. §. 14. de O. & A.*

7. Ulterius ex eodem requisito fuit, pactum non habere vim, si *causa* nulla subfit vel erronea, *conf. l. 25. §. fin. de probat. c. si cautio. X. de fide instrumentorum. l. 2. §. 3. de doli mal. & metus except.* neque enim ex tali pacto donatio præsumitur, nisi ubi agitur de liberatione. *l. 40. pr. b. Hahn. ad W. b. n. 5. Dn. Stryk de cautel. contr. f. 2. c. 7. §. 5. seqq.*

8. Quicquid porro impedit consensum, impedit etiam pactum, quo pertinent metus, *l. 116. de regul. iuris. dolus, t. t. ff. de dolo. error.* De dolo & metu suo loco. Quoad errorem varie distinguere solent; generaliter si vtriusque paciscentis error doceri possit, nihil agitur, *l. 57. de O. & A. l. 51. b. l. 15. de iurisdict. l. 9. pr. §. 21. l. 41. §. 1. de contr. emt. vend.* modo error talis fit, ut ipsam substantiam negotii ingrediatur, *l. 9. §. 1. & 2. l. 11. §. 1. l. ff. 45. eod. l. 21. §. 2. de act. emt. vend.* Ceterum si vnus tantum errauerit, ipsius sola

culpa est, modo alter contrahentium non fit erroris conscius.

9. Debet vero consensus esse (II) *mutuus*, & hinc vnus promissio alteriusque acceptatio requiritur, alias deest obligatio, l. 55. de obl. & act.

10. Quin & (III) *sincerus* esse debet, remota omni simulatione, l. 54. de obl. & act. hinc si negotium gestum non est, quod geri simulabatur, illud ipso iure nullum est, l. 6. C. si certum petatur. l. 21. C. de transact. l. 56. de iudic. conf. Dn. Coccei. disput. de simul. tb. 16. seqq. Quod autem vere gestum est, subsistit, si nihil aliud impediatur, l. 3. & 9. C. de contrahend. E. & V. Exemplum est in simulata emtione venditione sub pacto de retrouendendo ad velandam vsurariam prauitatem vid. Berl. p. 2. c. 1. In contractu in scriptis negotium plane non valet; neque enim quod scriptum est, valet, quippe simulatum, neque quod vere gestum, quippe non scriptum, Faber in C. l. 4. t. 17. d. 3. quod si negotium dissimulatum iure subsistere non possit, idem dicendum, Dn. Coccei. cit. loc. §. 50. seqq. vnde quoque frustranea est simulationis renunciatio, Id. c. l. §. 57. interim ab allegante probanda per varias coniecturas. Mynf. 3. Q. 62. Faber cit. loc. d. 5. Dn. Coccei. cit. loc. §. 72.

11. Vtlerius consensus fit (IV) *certus & indubius*, quod imprimis tunc obseruandum, quoties per scripturam contrahitur, quem in finem *praelectionem* requirunt leges, vid. constit. Maximil. de anno 1512. §. 14. 16. 17. l. 77. de regul. iur.

jur. l. f. C. plus val. quod agitur. conf. disput. nostr. de contract. non praelect.

12. Si consensus dubiam admittat interpretationem, imprimis respiciendum ad id, quod actum inter partes, *l. 33. de contrab. emt. vend. l. 3. de reb. credit. l. 125. de V. S. l. 34. de R. I. l. 9. tit. 56. 76. eod.* alias facienda interpretatio contra eum, qui clarius loqui debuisset, *l. 39. b. l. 21. § 33. de contrab. emt. vend.* quam regulam latius explicui *diff. de interpr. fac. contra eum, qui clar. loqui deb.*

13. Certitudo autem consensus dependet ex eius *expressione*, quæ fit *verbis vel factis*, unde oritur distinctio inter consensum *expressum & tacitum*: Ad hunc requiruntur *facta concludentia*, unde creditor reddens chirographum tacitum videtur iniisse pactum de non petendo. *l. 2. §. 1, b. l. 3. §. 1. de liberat. legat.* Aliud si pignus reddatur, *l. 3. b.* admittuntur tamen probationes in contrarium *l. si chirographum 24. de probat.* Prodest hoc pactum ei soli, cui redditum est, non tertio, qui in instrumento est nominatus, Dn. Stryk *de inuest. act. f. 1. m. 3. §. 23.* nisi aliquando per indirectum. vid. *l. 2. C. b. l. 23. 24. 25. § ult. ff. b. l. Brunnem. ad cit. l. 25.*

14. Cum tacito tamen consensu non confundendus *fictus*, vbi reuera nullus adest consensus, sed tantum fingitur. Differentias utriusque exacte tradit Dn. Thomas. *in Iurispr. diu. lib. 2. c. 7. n. 24. seqq.* vid. *l. 4. ff. b. l. 7. pr. in quib. caus. pign. tac.*

15. Fundatur in hoc ficto consensu tota ratio quasi contractuum. Imo cum ex sola legis dispositione dependeat, & propter æquitatem inductus sit, illos quoque efficaciter obligat, qui alias consentire plane non possunt, *l. 46. de obl. & act.* vel se obligare *l. 66. in f. de solut. l. 1. §. 15. de pass.* & sic actionem hoc ultimo casu immediate ex lege esse asserit Hahn *ad W. b. n. 5. diff. Struu. Ex. 6. tb. 39. in f.*

16. Consensus hoc modo comparatus debet (V) esse susceptus de re in potestate nostra posita, quo pertinent res & facta. Circa res speciatim requiritur (α) vt sint in rerum natura, vel sperentur. *l. 46. h. l. 8. pr. §. 1. ff. de contr. emt.* Vallet itaque conuentio de re sperata, vt & spe, quæ duo inter se quoad effectum differunt. Dn. Stryk *ad Lauterb. tit. de contr. Emt. V. p. 499. & in caut. contract. s. 1. c. 3. §. 4.*

17. (β) Vt sint in commercio priuatorum, *l. 38. §. 5. de verb. obl.* alias principis, a cuius dependent nutu, consensu opus est, vt in rebus publicis, religiosis, ecclesiasticis &c. Dn. Stryk *cit. l. §. 7. seqq.* (γ) Vt lex aliis de causis, quæ variæ esse possunt, conuentionem non interdixerit. Sic ex ratione legis Cincix, prohibitum pactum de quota litis *l. 53. h. l. 1. §. 12. de extraord. cogn.* Improbata quoque sunt pacta successoria de hereditate viuentis *l. 15. & ult. C. b. quæ moribus tamen valent*, Dn. Schilter *Ex. 8. tb. 46.* Dn. Stryk *in V. M. b. §. 13. seqq.* item super re litigiosa, *t. t. ff. de re litigios. vt & super re aliena,* quo-

quoties de iure in re transferendo agitur. Dn. Stryk *ad Lauterb. b. t. p. 105.*

18. In factis requiritur (1) *ut sit propria. §. 3. instit. de inutil. stipul. l. 38. pr. & §. 1. de verb. oblig. Meu. part. 6. dec. 406.* Dn. Hert. *diff. de oblig. alium daturum facturumue.* (2) *Alteri utilis. l. pen. ff. de pact. l. 15. de seru. l. 61. b. t. l. 38. §. 17. de verb. obl. conf.* Dn. Hertius *diff. de pacto, ne dominus rem suam alienet.* (3) *possibilia & honesta. c. ult. X. b. t. l. 50. b. l. 26. de V. obl. §. 7. l. mand.* Non liberat tamen impossibilitas, quam quis sua culpa contraxit, *arg. l. 3. pr. ff. si quid in fraud. Meu. 2. D. 368. n. 7. & §. dec. 45.* Brunn. *ad l. 5. in fin. ff. de reb. cred.* (4) *in re privata, ius publicum enim pactionibus priuatorum immutare non licet, l. 38. b. t.*

19. Restringeri vero varie consensus in conventionibus potest, conditione, die, modo, aliove pacto. *Conditio* suspendit negotium in futurum euentum incertum: vel aliquando sub tali euentu resoluit, quo casu dicitur *resolutiua.* Hoc casu negotium statim est perfectum, non vero illo, sed tantum spes, §. 4. *l. de V. O.* effectus tamen suos habet, *l. 6. ex quib. caus. in poss. catur. l. 4. de separ.* Existens retrahitur ad initium actus. *l. 78. pr. de V. O. l. 18. de reg. iur. l. 11. pr. qui pot. impign.*

20. Dies vel adiicitur *ut terminus a quo,* & tunc statim cedit, licet nondum venerit, §. 2. *l. de V. O. l. 213. de V. S.* hinc ante diem debitum peti nequit, sicut nec solutum condici, *l. 19.*

§ 17. *de condict. in deb.* Struu. *ex. 18. tb. 39.* vel vt terminus *ad quem*, & tum de stricto iure obligatio est perpetua. §. 3. *l. de V. O. l. 44. de obl. §. 28. conf. Huber. ad l. tit. de V. O. §. 3.*

21. *Modus* causam finalem designat, & hactenus puram relinquit obligationem, vt cum effectu ex illo agi possit. Carpz. *p. 3. C. 13. d. 20.* *resoluit tamen negotium post non impletum.* *l. 1. C. de don. qua. sub mod.*

22. Producent conuentiones legitime initæ obligationem in debitore ad præstandam id quod promissum est. Distinguunt tamen hic inter obligationem *faciendi* & *dandi*, ita vt hoc casu adsit præcisa necessitas tradendi, ibi vero debitor liberetur præstando interesse, *l. 75. §. fin. l. 72. pr. l. 68. de V. O. Vngepaur exer. Iustin. tit. qu. 2.* de qua tamen sententia dubitant Huber. *ad l. tit. de V. O. §. 5.* Dn. Thomas. *de pret. affect. in res fung. non cadent. c. 2. §. 9.*

23. Quin & olim quoad effectum obligandi intererat, vtrum quis *sibi*, an *alteri* pactus fuerit, ita vt hoc casu nulla obligatio nasceretur, *l. 27. §. 4. l. 28. §. 2. l. 30. pr. b.* quod tamen hodie non amplius attenditur Meu. *4. d. 112. n. 5.* Dn. Stryk *in V. M. b. §. 12. conf. l. 3. C. de donat. sub mod. l. 53. ff. de A. R. D.*

24. Quoad obligationem heredum videndum, vtrum pacta sint *in rem* an *in personam*, concepta, illa pertinent etiam ad heredes, *l. 7. §. 8. b. tit.* pro quo etiam in dubio est præsumtio, *l. 13. C. de contrab. stipul.* imo aliquando etiam tertio

tertio successori singulari profunt. *l. 17. §. 5. b. conf. Struu. exer. 6. §. 48.*

25. Quoad efficaciam obligandi ingens de iure Romano erat differentia, inter conuentionum species diuersas. Pacta enim alia erant *nuda*, exceptionem tantum producentia, non actionem; alia *non nuda*, actionem operantia, *l. 7. pr. b. vid. Hahn. ad W. b. in. 2. verbo: qua vox.* idque vel ex speciali legis confirmatione, *l. 6. b. vel ex adiectione obligationi efficaci l. 7. §. 5. vel propter traditionem l. 48. b. Dn. Stryk tract. de act. for. inuest. sect. 1. m. 3. & 40.* vel propter vim internam & determinationem externam, qualis in contractibus in specie dictis occurrit. *l. 7. §. 1.* Sed hæc hodie otiosa sunt, postquam moribus ad simplicitatem iuris gentium res redacta, ita vt ex omni conuentione deliberata efficax obligatio & actio detur. Struu. *exer. 6. tb. 17.* Dn. Stryk *V. M. b. t. §. 1. & seqq.* vt adeoque quoad effectum obligandi nullum inter ipsos contractus superesse videatur discrimen. Dn. Stryk *de prob. vers. cred. §. 3. & 4.*

26. Non tamen omnes conuentiones semper obligant, quædam enim *liberant*, & obligationem tollunt. Vfus huius distinctionis est (1) quod in dubio pro liberatione pronuntiandum, *l. 47. de O. & A.* (2) quod non desideret acceptationem & ignorant fieri possit, *l. 53. de solut.* (3) quod inutilis acceptilatio vim taciti pacti habeat, *l. 8. pr. de acceptil.* (4) quod causam non requirat. *l. 49. pr. b.*

TEXT. NOTAB.

L. Labeo. 2. §. 1. l. 4. pr. l. legitima. 6. l. Iuris gentium. 7. pr. §. 2. 4. §. 7. 12. 15. 19. l. maiorem. 8. l. si tibi. 17. pr. §. 2. §. 1. 21. §. f. l. si vnus. 27. §. 3. 4. l. contra iuris. 28 l. auus. 33. l. 35. l. 39. l. veteribus. 39. l. in traditionibus. 48. l. ab emtore. 58. l. Nemo. 61.

Ex Cod. l. pacta. 6. l. pacta nouissima 12. l. si pacto 14. l. pactum quod dotali 15. l. 19. l. 26. l. si certis 28. l. 29. de quaestione. 30.

Tit. XV. (II. 4.)

De transactionibus.

1. **T**ransactio est rei dubie seu ancipitis conuentus decisio, dato aliquo vel remisso, vel retento, l. 1. §. 2. b. Differt a pactis, quæ gratuita sunt, interim etiam de rebus dubiis fieri possunt. l. 18. C. b. l. 29. §. 1. ff. §. l. 18. C. de donat. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 13.

2. Species transactionum sunt variæ. Sic alia est generalis, alia specialis, l. 29. §. 31. C. l. 9. §. 12. ff. b. s. alia est vel iurata vel non iurata, cuius vsus in lege 41. C. b. alia pœnalis alia non pœnalis, cuius vsus in l. 15. §. 16. ff. b. t. l. 37. C. b.

3. In omni transactione requiritur (I) consensus partium, hinc (α) scriptura non est de essentia, l. 28. C. b. t. Meu. p. 8. d. 342. (β) litigantes ad transigendum cogi nequeunt, excepto casu utilitatis publicæ. Dn. Stryk ad Lauterb. b. p. 113. Schilt. Ex. 9. §. 25. (γ) Error, dolus, metus transactionem infirmant. l. 29. C. b. l. 13. ff. b. l. 4. 19. C. b.

4. In transigentibus (II) requiritur *facultas plene disponendi & alienandi*. Hinc facile patet, quia ratione tutores & curatores transigere possunt, si simul res immobilitatis dimittenda, *l. 22. C. de administ. Tutor. conf. l. 46. §. fin. ff. eod.* Procurator vero non transigit, *l. 7. C. h. ibique B. Brunnem. nisi fit generalis, l. 58. de procur. l. 17. §. ult. de iuratur.* modo utilitas Domini evidens id fradeat, *conf. Mev. 8. D. 3. Dn. Engelbr. ad ff. h. §. 15.* Facilius Pater de bonis adventitiis filii familias transigit, accedente consensu filii, si per ætatem fieri potest, *l. ult. §. 3. & 4. C. de bon. qua liber. l. 1. C. de bon. matern. Gail. 2. obseru. 72. n. 14. seqq.* De administratorum bonorum ecclesiasticorum potestate circa transactionem. *vid. disp. nostr. de Admin. bon. Ecclesiast. c. 2. §. 11.*

5. Requiritur (III) *dubietas causa* *l. 1. b. Dn. Schilt. .Ex. 9. §. 4. & 10.* Sufficit tamen timor litis probabilis, *l. 65. §. 1. de cond. indeb.* vnde de re iudicata & iam decisa, transactionem non valere existimant, *per l. 32. C. b. t.* Quæ tamen hodie forsitan facilius admittenda, ob difficultates adhuc imminentes. *Dn. Stryk in V. M. b. t. §. 7. & in cautel. contract. f. 3. c. 7. §. 4.*

6. Constare autem debet, an res sit dubia, vnde forsitan est, quod non liceat transigere de relictis in testamento, nisi prius inspectis tabulis, *l. 6. ff. b. t. l. 1. §. 1. testament. quemad. aperi.* *Dn. Stryk cautel. contr. cit. loc. §. 6. & in V. M. §. 10.*
vid.

vid. tamen Dn. Pagenstecher *in scil. manip. 4. p. 60.* Dn. Schilter. *Ex. 9. tb. 6. seqq.*

7.. Negotium quoque (IV) de quo transigitur, debet esse *nostri arbitrii*. Speciatim tamen de alimentis futuris vltima voluntate relictis, leges aliter transigi posse noluerunt, nisi Auctore Prætorè, & accedente causæ cognitione, cuius capita plenius excutiuntur *in l. 8. §. 8. seqq. b.* Prodesse tamen sibi alimentandus transactione potest, inconsulto Prætorè, *l. 8. §. 22.* Sicut & de præteritis transactio valet, *l. 8. C. b.* minus autem verosimile est, pactum simplex sufficere etiam absque iudicis autoritate, Dn. Stryk *V. M. b. §. 10.*

8. Fluit ex hoc requisito transactioni non esse locum in rebus spiritualibus, vid. *c. 4. X. de pact. c. 5. de rerum permutat. c. 4. 7. 8. 10 X. b. c.* vt & matrimonialibus, nisi conseruandi causa, modo certo constet de contracto matrimonio. Ziegl. *ad Lanc. lib. 3. t. 3. §. 5. in fin.*

9. Idem dici deberet de delictis, maxime publicis. Sed hic leges distinxere. In priuatis facilius admittitur transactio, sed vt infamia transigentem sequatur, *l. 4. §. vlt. l. 5. l. 6. §. 3. ff. de his qui noc. in f. licet protestatus fuerit, se tantum transigere pro redimenda vexa.* Brunn. *ad cit. l. 5. n. 4.*

10. Quoad crimina publica præterita interest, vtrum sint *capitalia* seu sanguinis pœnam ingerentia, an non. De illis licite transigitur, scilicet quoad interesse partis; *l. 5. §. f. ad l. lul.*

d. vi publ. Carpz. p. 4. C. 13. d. 10. aliquando tamen, vbi delictum magis rem priuatam respicit, conducit ad pœnæ mitigationem, *Id. pr. crim. p. 2. q. 80. n. 80. & 88.* Dn. Lynk *in Comm. b. §. 13.* excipitur tamen adulterium, *l. 18. C. b. v.* And. Schneider *ad cit. l. c. 7. & 8.* (in qua exceptione agnoscunt nonnulli emblemata Triboniani, Lynk. *b. §. 14.* Cornel. van Ek *in princ. iur. b. §. 14.*) quin & crimen læsæ maiestatis. Cuiac. *6. Obs. 11. Zœf. b. n. 14.* Huber. *b. §. 4.*

11. De non capitalibus post institutam accusationem (v. *l. 1. §. 3. ad SCt. Turpill.*) transigere haud licet citra crimen falsi, *l. 18. cit. h. e.* accusator in falsum incidit, & reus videtur confiteri. Huber. *b. §. 4.* Interuentu tamen iudicis transactio valet. *l. 6. §. 3. ff. de his qui not. inf.* Dn. Stryk *V. M. b. §. 19.*

12. Denique (V) requiritur, *vt aliquid datum vel remissum vel retentum sit.* Si modicum quid, dicis gratia, interuenerit, transactio corrumpitur. Brunn. *ad l. 38. C. b. conf. Andræol. contr. 288.* Nec statim quælibet præstatio habenda pro pretio, nisi hoc animo interuenerit, vt a lite desistatur. Huber. *b. §. 2.* Neque tamen præcise proportionatum esse debet rei, de qua transigitur, vnde nec remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* hic locum habet *l. 78. §. f. ad SCt. Trebell. v.* tamen Dn. Stryk *V. M. b. §. 22.* Dn. Schilt. *Ex. 9. §. 14. seqq.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 19. inf.*

13. Vim habet transactio inter transigentes: aliis nec nocet nec prodest *l. 3. pr. b. nisi ali-*

quando ex æquitate, *l. 14. b.* vid. Noodt. *probab. lib. I. c. 2.* Huber. *b. §. 11.* & ita inter illos vim rei iudicatæ obtinet, scilicet ratione decisionis *l. 20. C. b.* ibique Dn. Brunn. nulloque prætextu facile rescindi potest, v. c. ob instrumenta nouiter reperta, *l. 19. C. b.* quod nulla res media fuerit *l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb. l. 23. C. b.* aut ob rescriptum principis *l. 16. C. b.* Multo minus vnius dissensu infirmatur, *l. 39. C. b.* si tamen contrauentionem alter acceperit, pristina actio per transactionem sopita alteri restituitur. *l. 14. C. b.* Dn. Stryk *Caut. C. S. 3. c. 7. §. 22. seqq.*

14. Ad seruandam hanc transactionem quis cogi potest variis remediis, prout transactio est inita. Hahn. *ad W. b. n. 7.* Si pœna adiecta, peti potest pœna, *l. 48. d. AEt. E. V. l. 122. §. f. de V. O. l. 17. C. b.* imo aliquando etiam, vt & transactioni stetur *l. 15. 16. ff. b.* Grauior adhuc pœna obtinet, si quis iuratam transactionem infirmare annitatur. *l. 41. C. b.*

15. Effectus suos amittit transactio (1) si ex falsis inita instrumentis, *l. pen. C. b. l. 33. de re iud.* imo (2) etiam ob reperta nouiter instrumenta in causa pupillari & reipubl. *l. 35. de re iudic.* (3) si causa transigendi calumniosa euidenter ex post facto appareat. *l. 65. §. 1. inf. de Cond. indeb. Berl. 2. D. 263.*

TEXT. NOTAB.

L. qui transigit, 1. l. 3. pr. l. de his controuersis 6. l. cum hi 8. pr. §. 2. 6. 8. 9. 17. 21. in fl. 9. 10. §. 2. l. pacto conuento 15. l. 16. Ex Cod. l. cum te proponas. 2. l. fratris. 10. l. si diuersa. 14. l. cau-

causas. 16. l. transigere. 18. l. sub prætectu. 19. l. 21.
l. 29. l. si causa 32. l. 38. l. si quis maior. 41. l. si ex fal-
fis. 42.



Lib. III. Tit. I. (II. 6. 7. 8. 9. 10. 11.)

De postulando.

1. **P**ostulare est desiderium suum vel amici in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. l. 1. §. 2. b. Quando quis alterius desiderium proponit, Aduocatus vel Patronus in specie dicitur, vid. Hill. *ad Donell. P. 2. l. 18. c. 3. lit. b. c.* qui in multis a Procuratore differt, quas differentias plenius suggerit Idem *cit. l. lit. O. seqq.* Huber. b. §. 17

2. Officium Aduocatorum satis utile est Reip. si recte exerceatur, l. 14. C. de Aduoc. diu. iud. nec in rabulisticam degeneret, de qua Ziegl. *pecul. tr. vid. Dn. Stryk. diff. de process. abbrev. per pæn. mend. §. 42.* Hahn. *ad W. b. n. 6.* Hinc nemo facile debet prohiberi per alium postulare, licet satis peritus sit. Hill. *ad Donell. cit. l. in nos. lit. I.*

3. Aduocati sunt vel *priuati* vel *publici*. Horum officium est publicum: hinc coactionem ad illud recipit, imo magis priuilegiatum est; quamuis etiam horum priuilegia vt plurimum ad quosuis soleant extendere aduocatos contra iuris rationem. Item alii sunt *ordinarii*: alii

supernumerarii, illi itidem facilius compelli possunt ad partes alterius suscipiendas *l. 7. C. b.* etiam pauperum, & quidem gratis. Gail. *l. 0, 43. n. 11.* præstito prius iuramento paupertatis.

4. In Aduocatis requiritur imprimis (I) *prudentia & peritia.* Hinc a postulando arcentur imperiti, *l. 2. C. b.* minores 17. annis *l. 1. §. 3. b.* imo & mulieres *l. 1, §. 5. b.* quæ pro se tamen admittuntur.

5. Prudentiam consistere in tribus hisce, *scientia, applicatione & notitia praxeos*, recte docet Huber. *b. §. 14.* Vnde imprimis stylum curiæ noscat & rite agat *l. 4. C. de sent. & interl.* quod si errauerit, hoc non præiudicat clienti, si intra triduum reuocauerit errorem, modo præsens fuerit, *t. t. C. de error. aduoc.* aliud si absens, *l. 2. l. 1. eod.* vel pars aduersa errorem non acceptauerit. Carpz. *P. 1. C. 16. §. 21.*

6. Deinde (II) *integritas corporis & fame.* Hoc intuitu a postulando Prætor remouet furdos, *l. 1. §. 3. b. cæcos, l. 1. §. 5. b.* vid. Huber. *b. §. 2. infames, §. 8. b.* vel qui pro talibus habentur, vt sunt Hæretici. *l. f. c. b. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 12.*

7. Porro (III) *sinceritas animi.* Hoc intuitu iudex quandoque per sententiam quibusdam aduocatione interdicit *l. 6. §. 1. l. 7. b.* ob calumnias vel alias artes fraudulentas: quidam autem quoad certas causas tantum prohibentur, vt potentiores *t. t. C. ne liceat potent. arbitri & iudices l. 6. C. b.* scil. in secunda instantia, contra sententiam.

8. Ex hoc requisito etiam determinatur officium aduocatorum; vt scil. (α) *conscientia rationem habeant*, nec suscipiant causam malam, vid. Dn. Stryk diff. *de conscient. Aduoc.* Huber. b. §. 11. Hahn, *ad W. b. in f.* dubiam tamen posunt. Struu. *Ex. 7. ib. 5.*

9. Præterea commendat aduocatum (β) *fidelitas*, ne præuaricetur, l. 1. §. 1. *de prauar.* sed diligenter parti assistat, non remorando inutiliter causas, quod etiam fit inutilibus deductionibus, nimisque allegationibus. l. 6. §. 4. b. R. I. *de anno 1654.* §. 96. Huber. b. §. 12. (γ) *Modestia*, l. 6. §. 1. C. b. Id. §. 13. Dn. Stryk *in V. M. b.* §. 10. Meu. 8. D. 359. (δ) *Candor*, ne dolos fraudesque adhibeat, ne quidem in bona causa, l. 14. §. 1. C. *de iudic.* Struu. *cit.* l. §. 8. quo etiam pertinet, quod iudex cauere debeat, ne ab vna parte stent peritissimi. l. 7. C. b. Dn. Stryk *in V. M. b.* §. 7.

10. Quod si aduocati officio suo desint, varie coercentur, prout varie possunt delinquere, clientibus ob damna & interesse tenentur, temere eos liti inuoluentes, Vent. de Valent. *in Parthen. litigios.* l. 2. cap. 7. n. 19. Regulariter tenentur ad culpam leuem, Vmm. *de process. disput.* 9. n. 30. nisi per imperitiam peccauerint, vbi etiam leuissima præstanda. Tenetur tamen hoc casu iudex supplere illa, quæ desunt Aduocatis *t. t. C. vt qua desint Aduocat.* & eos in rectam viam deducere. Brunnem, *in Process.* c. 5. n. 14.

11. Hæc pertinent ad obligationem Aduocatorum. Cliens vero Aduocato obligatur ad soluendum honorarium, quod æstimat iudex pro modo litis, fâcundia aduocati, & fori consuetudine, *l. 1. §. 10. de extraord. cognit.* Olim certus modus erat præscriptus Aduocatis *ci. l. 1. §. 12. l. 3. C. b. ex ratione legis Cincie. Hill. ad Donell. p. 2. l. 78. c. 3. lit. H. h b.* Determinato fêmel per iudicem Salario, iudex statim ad executionem agere potest. *Gail. l. O. 44. n. 7.* Aliquando etiam annum salarium constituitur Aduocatis, quod statim ab initio anni debetur, & sic ab heredibus integrum peti potest, licet, intra annum Aduocatus decesserit, *l. 1. §. 13. de extraord. cognit. l. 15. §. 1. C. de Aduocat.*

12. Datur pro salario consequendo actio ex pacto vel stipulatu, si certum salarium promissum. Si nil promissum per implorationem officii iudicis res expeditur. *l. 1. §. 10. de extraord. cogn.* Quin & acta tamdiu retinere potest, donec ipsi satisfiat, *Brunn. ad l. 25. n. 3.* Ipsa actio instituitur coram iudice, coram quo litigatur ob connexitatem causarum. *Meu. l. D. 234.*

13. Fruuntur aduocati beneficio competentix, *Carpz. p. 1. C. 32. d. 18. Hillig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. n.* fori priuilegio & immunitate. *Dn. Stryk in V. M. §. 11.* Quod per aduocaturam, adquirunt, ea peculii Castrensis iure censentur, *l. 4. C. b. s. conf. l. 8. §. 11. C. de Aduoc. & c. conf. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 26.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 3. 5. 6. l. quos prohibet. 7. l. Imperator. 8. 9.
Ex Cod. l. 5. l. quisquis. 6. l. prouidendum. 7. *de postul.* l. fori
 tui. 4. l. aduocati. 14. l. 15. §. 1. *de Aduoc. diu. iudicior.* l. 3.
 §. 2. §. 1. laudabile 4. pr. *de aduoc. diu. iudic.* l. 1. l. 3. *de ads.*
ffc. l. 1. l. 3. *de error. aduoc.* l. vn. *Et qua def.*

Tit. II. (II. 12. X. 57.) •

De his, qui notantur in- famia.

1. **I**Nfamia secundum Hahn. *ad W. b. n.* I. di-
 citur *macula ex turpi facto contracta*, vel:
 cum *existimationi* opponitur, est *lesio & imminu-
 tio bonæ existimationis, indeque dependentium iu-
 rium ob vitæ turpitudinem introducta*. Existima-
 tio vero definitur in l. 5. §. 1. *de extraord. cognit.*
 conf. Hillig. *ad Donell.* l. 18. c. 6. lit. f.

2. Requisitum primum generale omnis in-
 famiæ est *delictum & dolus*, quamuis non omne
 delictum infamet. Vnde & culpa lata & do-
 lus hoc respectu non æquiparantur, nisi lex in
 specie factum culposum notauerit, l. 11. §. 4. b.
 Alterû vero consistit in *notatione legis* vel *gene-
 rali*, vel *speciali*, absque qua nulla infamia con-
 trahitur, quin & mores idem efficiunt; sæpe e-
 nim aliquid moribus turpe reputatur, quod
 olim non fuit tale, Dn. Stryk *in V. M. b.* §. 1. quod
 tamen ad ineptam vulgi opinionem non ex-
 tendendum. Hahn. *ad W. b. n.* 2.

3. Hinc fluit diuisio infamiæ, quod alia di-

catur *iuris*, alia *facti*, l. 2. de obseq. parent. & patron. l. 27. C. de inoff. Testam. l. 20. b. t. l. 13. C. b. t. 25. C. ad l. Iul. de adult.

4. Infamia *Iuris* est, quæ contrahitur ex turpi facto in specie a lege notato. Notat vero lex facta alia vel *immediate* vel *mediate*, illo modo per verba *iuris* in delictis notoriis & nullam amplius causæ cognitionem requirentibus, quo pertinent prodeuntes in scenam lucri causa, l. 1. §. 5. b. Dn. Stryk V. M. §. 7. & 8. mulieres intra annum luctus nubentes absque dispensatione, l. 9. seqq. b. t. vid. tamen c. vlt. & pen. de secund. nupt. sponsalia bina contrahentes l. 13. §. 1. b. Tutores pupillam ante redditas rationes ducentes l. 7. C. de interd. matrim. inter pup. & tutor. Transactionem iuratum violantes. l. 41. C. de transact. Lenocinium facientes. l. 4. §. 2. b. & c.

5. *Mediate* & per sententiam condemnatoriam lex infamiam irrogat, in delictis non adeo per se notoriis. Hic itaque præcise requiritur *sententia condemnatoria*, l. 7. C. de public. Iudic. quo etiam refert Hahn ad W. b. n. 3. pactum & transactionem, l. 4. §. fin. seqq. b. huc pertinent fere omnia delicta præter legem Aquiliam. Hilliger ad Donell. lit. 18. c. 8.

6. Qui condemnatur ob dolum in contractibus, regulariter infamis non fit, nisi in quatuor speciebus: tutela, mandato, societate, deposito. l. 1. b. modo (1) condemnatio fiat ex *directa*, non contraria actione, l. 6. §. fin. b. exceptio est in l. 6. §. 5. b. (2) *præcise sententia sequatur*,

tur, neque enim hic transactio vt in delictis effectum sententiæ habet, *l. 7. b. (3)* mentio in sententia fiat *doli*, *l. 4. §. 1. & 2. de suspect. tutor.* vnde ex contumacia condemnatus infamis non fit. Carpz. *prax. crim. qu. 94. n. 89. & 90. (4)* sententia non fuerit suspensa *appellatione*, *l. 6. §. 1. b. (5)* proprio nomine reus condemnatus fuerit, *l. 6. §. 2. b. 1.* Interim qui per procuratorem condemnatur, infamiam facti non aufugit, *l. 2. de obseq. parent. Dn. Schilter ex. 10. §. 14.* (6) Fama non fuerit in sententia reseruata, quod aliquando hodie in praxi fit, sed contra iuris rationem. Dn. Stryk *V. M. b. §. ult.*

7. Excludit hæc infamia a dignitatibus, *l. 8. C. de decur. l. 2. C. de dignitat.* minuit fidem, *l. 3. pr. de test.* in fratribus querelæ inofficiosi testamenti locum facit. *l. 27. C. de inoff. Test.* perpetuo inhæret personæ, *l. 26. de pæn.* (non tamen heredes sequitur, exceptio est in *l. 5. §. 1. C. ad l. Iul. maiest.*) etiamsi pœna tantum temporalis dictata, *l. 6. C. b. s. l. 63. de furt. l. 4. §. 4. de remilitar. nili grauior pœna inflictæ, l. 10. §. f. de pæn. l. 13. §. penult. b. l. 4. C. b. l. 5. & 15. pr. de decur.* specialiter tamen hic priuilegiati sunt decuriones & aduocati, *l. 8. de postul. l. 15. pr. ad municipal. conf. Schilt. exer. 10. §. 24. & seqq.*

8. Infamia facti itidem oritur ex turpi facto, quod lex in specie non notat, sed generaliter tantum disponit, huiusmodi homines turpiter & indecore viuentes, apud graues & honestos viros pro infamibus haberi, *l. 13. C. b. s. licet eam*

præcise eerto iure non determinet; vnde hæc infamia non ex mera vulgi opinione dependet, conf. Hillig. *ad Donell. l. 18. c. 6. lit. 1.* Pertinuisse huc videtur *cenfura morum* apud Romanos, qui mores intemperantes ciuium ignominia aliquando notabant. Dn. Thomaf. *diff. de cenfur. mor. c. 2.*

9. Hæc infamia a dignitatibus obtentis non remouet, fed tantum ab obtinendis, nec fimpliciter a testimonio dicendo repellit, fed iudicis arbitrio relinquitur, quanta his fides habenda. Alios effectus enarrat Hahn. *ad W. b. n. 8.* Facilius quoque tollitur infamia iuris per restitutionem principis fpecialem *l. 7. C. de fent. paff.* quæ aliquando per confequentiam a magiftratu fieri potest, *l. 1. §. 10. de postuland.* Schilt. *exer. 10. tb. 23.*

10. Cum hac infamia non confundenda *leuis nota macula*, quæ non ex delicto, fed ex *sordido vita genere* oritur, quo referuntur excoriatores, carnifices, lictores, Dn. Stryk *in V. M. b. §. 3. & feqq.* non autem liberi horum, *Id. c. 1. §. 6.* referunt huc etiam fpurios, fed merito hic obtinere deberet effatum ICTi, *in l. 6. de decur. & l. 3. §. 2. eod. conf c. 3. & 5. d. 56.* Neque huc pertinet, qui ducit imprægnatam ab alio, *vid. l. 23. C. de nupt.* nec qui fufinuuit torturam.

12. Operatur hæc macula exclusionem a dignitatibus & collegiis opificum, Dn. Stryk *cit. loc. §. 5.* locum facit querelæ, *l. 27. C. de Testam.* an vero fides eorum propterea minuatur, vel inde

inde dubium est, quod mali mores, non officii conditio, suspectam fidem faciant.

TEXT. NOTAB.

L. quod ait. 2. §. 2. l. 3. l. 4. in f. l. quoniam 5. l. 6. §. 2. 3. l. in actionibus. 7. l. solet 10. l. liberorum. 11. l. quid ergo 13. §. 7. l. ob hæc verba. 20. l. Lucius Titius. 21. l. Ictus fustium. 22.

Ex Codice. l. infamiz. 1. l. si Posidonium. 4. l. debitores. 11. l. ea quæ 13. l. nullam. 14. l. verbum. 17. l. Non damnatos. 18. l. improbum. 20.

Tit. III. (II. 13.)

De Procuratoribus & Defensoribus.

1. **P**rocurator est, qui negotia aliena mandato Domini administrat, l. 1. b. Differt ab eo tutor, Giphani. in Rubr. b. n. 24. seqq. defensor, l. 51. 61. 76. b. Syndicus, actor, Dn. Hopp. ad §. 6. l. de Curat. Negotiorum gestor, Executor vltimarum voluntatum, Institor, nuncius &c.

2. Ab obiecto Procurator (1) diuiditur in iudicalem & extraiudicalem. In effectu inter se differunt, quod hic facilius substituere possit quam ille: quod ad negotia extraiudicialia, citius minus idoneus admittatur, quam ad iudicialia, (2) in particularem & uniuersalem. Huius potestas ordinarie est amplior.

3. A potestate iis competente, alius est vel cū libera vel sine libera: ille omnia facere potest, quæ

quæ ipse Dominus, si præsens esset, facere posset & vellet. Exemplum est in *A. B. cap. 19.* Hic vero restrictam habet potestatem, & tantum peragit, quantum ipsi concessum.

4. Faciunt etiam leges Procuratores in *rem propriam & alienam.* Sed quatenus illi ab actore constituti sunt, mandato non indigent, sed legitime suam personam *cessione.* A reo constituti, illi videlicet, contra quos alias reo datur regressus, propius accedunt ad naturam verorum Procuratorum.

5. Requiritur vero, *v. (I)* constituens *sit Dominus*, *l. 23. C. b.* hinc tunc solus procuratorem non constituit, sed actorem, vel ipse pupillus auctoritate tutoris constituit Procuratorem. *§. 6. l. de curator. l. II. C. b. Gail. 2. O. 107. n. 1.* Pater vero cum consensu liberorum Procuratorem constituit. *l. 1. C. de bonis matern.* De Episcopis vide *c. 9. b.*

6. *(II)* Vt constituatur *habilis.* Inhabilitas variis ex causis esse potest, vel a dignitate *l. 30. C. de locat.* vid. tamen Dn. Stryk. *in V. M. h. §. 18.* vel a singulari officio, unde clerici & milites repelluntur, *Nou. 123. c. 6. §. ult. l. de except.* vel a sexu, *l. 18. C. b.* vel ab ætate, unde minores repelluntur, Dn. Stryk *in V. M. §. 23.* quod de iure civili dubium, Huber. *h. §. 2.* vel a potentia, *t. 1. C. ne liceat potent.*

7. Habiles possunt plures constitui, & quidem vel in solidum *l. 22. b. t.* vel coniunctim, *cap. 6. b. t.* vel sub clausula, *coniunctim & separatim,*

tim, vt & *si non omnes*. non vero pro rata l. 38. b. Dn. Schilter. *Ex. 10.* §. 52. Dn. Stryk *cit. l.* §. 25. & *seqq.* Ziegl. in *Lancell. lib. 3. t. 2.* §. 6.

8. (III) Constituitur *libero partium consensu*, l. 25. b. per *mandatum* scil. sicut enim inuitus non recipit Procuratorem exceptis personis illustribus l. 25. C. b. Dn. Stryk C. l. §. 13. ita nec inuitus quis cogitur, vt sit procurator, l. 17. C. b. exceptis rursus ordinariis iudiciorum procuratoribus, Mynf. 4. O. 32. vnde absque mandato nemo pro alio admittitur in iudicio, quod proinde producendum, cum non præsumatur.

9. Præsumitur tamen *mandatum* in personis coniunctis, l. 40. §. *fin. b.* vt tamen admittatur, probatio in contrarium, *cit. l.* vt & affinibus. l. 35. b. In marito, l. 21. C. b. & confortibus litis, l. *fin. C. de confort. eiusd. lit.* Meu. 3. d. 99. Dn. Stryk c. l. §. 44. & *seqq.* vt & eo, qui documenta ad causam pertinentia penes se habet. Menoch. 2. *presf.* 34. Dn. Engelbr. *ad ff. b.* §. 3. in *f.* Cautio vero interim de rato præstanda, Barbof. *ad l. 1. C. b.* conf. Hill. ad Donell. l. 18. c. 12. *lit. b. seqq.*

10. Hinc in iudicialibus ordinarie imprimis expresso opus est *mandato*, l. 8. §. 1. b. adeoque (IV) requiritur, vt *legitime & secundum stylum curia mandatum conficiatur.* Charta blanca vtiq; non sufficit Carpz. P. 1. C. 1. *def.* 28. conf. *disp. nostr. de Contr. non pral. c. 2.* §. 20. *seqq.*

11. Constituitur vero procurator vel *iudicialiter* apud acta, & tunc constitutus censetur, cum

cum omnibus clausulis, Dn. Stryk *de C. C. S. 2. c. II. §. 13.* Carpz. *in Proc. cit. §. art. 1. n. 115. 117.* vel *extraiudicialiter*, vbi solenniter conscribendum mandatum, cuius requisita optime recenset Dn. Stryk *introd. in pr. for. c. 10. §. 4.* in his consistentia (1) Nomen principalis & heredum. *R. I. de anno 1654. §. 99.* (2) Nomen Procuratoris (3) Nomen aduersarii (4) *Causa l. 65. b.* (5) Nomen iudicis & iudicii. (6) expressio actuum, speciale mandatum requirentium, de quibus infra. (7) Insertio clausularum. (8) Anni & diei expressio. (9) Subscriptio & subsignatio mandantis. In defectu sigilli addi debet clausula: in *Wangel meines Pertschafftes meine eigene Hand.* Carpz. *cit. l. n. 96. seqq.*

12. Clausulæ, quæ mandato adiiciuntur, sunt variæ. (α) *De rato & indemnitate* est superuacua, Dn. Stryk *cit. l. §. 6.* & in *V. M. b. §. 32.* Hill. *ad Donell. l. 18. c. 12. lit. ee.* Vtilior est (β) *de hypotheca omnium bonorum*, si forsan post concursus moueatur, vt & (γ) *de substituendo* Dn. Stryk *Caut. C. S. 2. c. 11. §. 8.* (δ) *clausula cum libera* maiorem potestatem procuratori concilians.

13. Dixi, *exprimi debere actus magni momenti, qui speciale mandatum exigunt*, quales sunt omnes, qui ingens præiudicium continent. v. c. solutio, renunciatio, transactio, iuramenti delatio, compromissum *c. p. X. de arbitr.* impugnatio facti Domini, restitutio in integrum, recognitio documentorum. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 34.*

14. Requiritur vltcrius (V) vt constituatur in causis priuati arbitrii. Dn. Stryk *V. M. b. §. 2.* Non itaque huc spectant causæ matrimoniales, Brunn. *I. Eccl. l. 3. c. 3. §. I.* vt & criminales, adeo vt nec accusator Procuratorem constituat, *l. pen. §. 1. ff. de publ. iudic.* secus ac hodie *Id. §. 4. C. Crim. Car. art. 12.* Hill. *ad Donell. cit. l. c. II. tit. e.* nisi in casu succumbentiæ accusator pœnam corporalem sustinere deberet. Dn. Stryk *cit. l. §. 5.*

15. Sed alia ratio est inquisiti, pro quo, si præsens sit, non admittitur Procurator, nisi in causa, quæ pœnam mere pecuniariam habet. *l. 1. ff. an per al caus. appell.* Vnde & hodie si pœna vlllo modo in pecuniariam verti potest, præstita sufficiente cautione, res dimitti solet, Dn. Stryk *cit. l. §. 11.* vt tamen ipse prius responderit ad articulos inquisitionales. Si vero absens est, ita vt etiam condemnari possit, defensor admittitur. *l. 33. §. 2. b.* Alias non nisi ad causas ~~indecens~~ allegandas, *l. pen. §. 1. de publ. iud.* vt & ad aliquos actus merita causæ non concernentes. conf. Hillig. *ad Donell. cit. l.*

16. Officium procuratoris iudicialis consistit in diligenti cura adhibenda circa causam in iudicium deductam, & custodiendis finibus mandati. *l. 10. C. b. l. 5. ff. mandat.* Imo qui ad agendum datus est procurator, defendere principalem debet in reconuentione, *l. 33. §. 34. b. conf.*

b. conf. l. 33. §. 5. l. 34. b. l. 70. b. tum etiam appellatione, si ad vniuersam causam datus fit, *l. 17. C. b. c. penult. X. b.* alias sufficit appellationem interponere, *l. 9. & 10. de Appellat.* quod & iure canon. probatum. *cit c. penult. & praxi Dn. Stryk in V. M. b. t. §. 43. Hahn. ad W. b. n. II. 17.* Effectus legitimæ constitutionis principalis in eo consistit, quod Procurator per litem contestationem fiat *dominus litis*, *l. 22. & 23. C. b. Schilt. Ex. 10. §. 46.* cuius domini rursus varii sunt effectus, (α) quoad facultatem substituendi (β) quoad continuandum processum post mortem mandantis (γ) quod omnes actus iudiciales in procuratorem tanquam dominum concipiantur, (δ) quoad acquisitionem actionis directæ. De praxi huius domini vid. Dn. Stryk in *V. M. §. 38. & Schilter c. l.* Hinc quoque dependere videtur, quod post litem contestatam non temere reuocari possit, nisi prius causa cognita, *l. 17. b.*

18. Agitur hoc titulo etiam de Defensoribus, qui reum sine mandato in iudicio defendunt, *l. 76. l. 43. §. ult. b.* præstita tamen cautione de iudicato soluendo, §. 2. *l. de satisfact.* & in actione reali de rato, si ante litem contestatam petatur. *l. 40. §. 3. b.*

TEXT. NOTAB.

- L. 1. l. filiusfam. 8. pr. 1. 2. l. si defunctus. 15. §. 1. l. ante L. C. 16. l. post litem. 17. l. quæ omnia 25. 4. si actor. 29. l. pluribus. 32. l. seruum. 33. §. 2. 4. 5. l. Non solum. 39. in f. l. 40. §. 3. f. l. feminas. 41. l. licet 42. §. 4. l. 43. §. 1. l. 46. §. 2. seqq.

seqq. l. ignorantis. 49. l. Minor. 51. l. ad rem mobilem. 56. l. procurator. 58. seqq. l. 62. l. procurator totorum. 63. procurator. 67. l. 68. l. 72. l. si reus. 73. l. Titius. 76.

Ex Cod. l. quia absente. 4. l. reum criminis. 6. l. militem. 7. l. qui stipendium. 9. l. si procurator. 10. l. Exigendi 12. l. Ita demum. l. Non eo minus. 14. l. inuitus. 17. l. alienum. 18. l. Maritus. 21. l. procuratoribus. 22.

Tit. IV.

**Quod cuiusque vniuersita-
tis nomine vel contra
eam agatur.**

1. **Q**uibus permissum est corpus habere, collegii, vel alterius societatis, iis simul proprium est, ad exemplum rei publicæ, habere res communes, arcam communem, & Syndicum. l. 1. §. 1. b.

2. Vniuersitas vero est *collectio plurimum personarum unitarum ad eundem finem publice approbata.* Franzk. b. n. 3. Hahn. ad W. b. n. 2. conf. Huber. b. §. 1. & 2.

3. Cum itaque collegia personæ vicem sustineant, l. 22. de fideiuss. eodem modo suos habent procuratores, qui *Syndici* vocantur, qui omnino distinguendi a Curatoribus, vt & administratoribus Vniuersitatis vel reipublicæ. s. t. ff. de Administ. rer. ad ciuit. pertin.

4. In eo tamen differt Syndicus a priuato Procuratore, (1) quod procurator plerumque, voluntarie constituitur, Syndicus vero neces-
I sario

fario, *l. 1. §. 1. l. 2. 3. b. t.* modo aduersa pars id vrgeat, alias admitti potest vniuersitas, præsertim si parua sit, *l. 5. §. 7. iud. solu. Brunnem. ad l. 2. b. t.* (2) Syndicus in plurimis locis officium publicum tenet, hinc (3) ad hoc suscipiendum potest cogi, imo (4) cum vniuersitas non moriatur, nec mortem constituentium definire potest, adeoque (5) Syndicatum non est extendendum ad heredes, quæ omnia secus in procuratoribus. *Quin & Ziegl. ad Lauc. l. 3. t. 3. §. 7.* in eo etiam quærit differentiam, quod pluribus Procuratoribus simpliciter constitutis, alter absque altero in praxi agere nequeat, bene tamen alter ex pluribus Syndicis.

5. Quoad modum legitime constituendi Syndicum, multum interest, vtrum vniuersitas sit *ordinata*, an vero non, *Struu. ex. 7. tb. 42.* posteriori casu omnia membra Vniuersitatis concurrere *l. 2. b. & duæ partes ad minimum,* præsentibus esse debent, *l. 3. b. & sic quem maior pars constituit, Syndicus est, l. 19. admunicipal.* Imo vocandi etiam sunt pupilli, minores, & viduæ, adeoque horum tutorum tutoria & curatoria simul producenda, *Carpz. p. 1. C. 13. d. 8.* vnde & singuli subscribere debent, etiam tutores, *Carpz. cit. loc. d. 8. & P. 3. dec. 205.* in paruis tamen vniuersitatibus sufficere nomen collectiuum putat *Hahn ad W. b. n. 3.*

6. Priori casu constituunt Syndicum, qui Vniuersitati præfunt, *l. 3. l. 6. §. 1. b. Meu. 2. dec.*

36. & tunc sufficit sigillum Vniuersitatis publicum absque vlla subscriptione. Carpz. 3. R. 9.

7. Qui partes procuratoris sustinere potest, ille etiam Syndici, nisi quod infames etiam olim potuerint esse procuratores, vt ad eamque regulam potius negatiue concipiendam putet. Dn. Stryk b. §. 4. Non tamen requiritur, vt eligatur ex membris ipsius vniuersitatis, l. 1. §. ult. b. Martin. in process. Sax. t. 7. §. 5. n. 71. seqq.

8. Legitimant Syndici suam personam per *Syndicatum*, in quo potestas eorum determinata. Nudum itaque procuratorium non sufficit, vid. tamen Meu. 2. dec. 35. His tamen, qui perpetuo officio gaudent, etiam futuræ causæ commissæ censentur absque nouo mandato, Thesaur. d. 59. Dn. Stryk c. 1. §. 13. Destituti omni mandato ægre admittuntur, licet caueant de rato, & sint membra illius vniuersitatis, Dn. Schilter. ex. 10. §. 56. seqq, modo Syndicus non sit ordinarius, nec causa concernat interesse singulorum de illa Vniuersitate. Dn. Stryk c. 1. §. 7.

9. Non æque facile reuocantur Syndici a constituentibus, vt procuratores; quia plerumque hodie officium publicum est, Dn. Stryk. c. 1. §. 16. Si vero tantum ad tempus in collegiis minoribus ad certam aliquam causam sint constituti, aliud dicendum arbitror.

TEXT. NOTAB.

l. 1. §. quibus autem, l. 1. si municipales. 2. l. nulli. 3 l. 4. l. 5. l. sunt. 7. §. 1. 2, in f.

Tit. V. (II. 19.)

De negotiis gestis.

1. **Q**uod defensor est respectu negotiorum iudicialium, id negotiorum gestor est respectu extraiudicialium. Est vero negotiorum gestio *quasi contractus, quo quis ignorantis negotia in eius utilitatem sine mandato gratis administrat, animo alterum obligandi.* Franzk. *b. n. 3.*
2. Ut itaque alter inde obligetur, requiritur (I) *gestio negotii alieni*, quod variis modis ita dici potest, vid. Hahn. *ad W. b. t. n. 4.* Hilliger ad Donell. *l. 15. c. 17.* Proinde non adest hoc negotium, si quis suum negotium in propriis bonis, quamvis in gratiam alterius gesserit, *l. 6. §. 4. b.* Error tamen in persona tertii, cuius negotia sunt gesta, non nocet, modo negotia reuera fuerint aliena. *l. 5. §. 1. l. 4. 5. §. ult. b. conf. l. 29. ff. comm. diuid.* Imo qui proprium gessit negotium, licet in effectu fuerit alienum, de stricto iure alterum non obligat, aliud tamen est de æquitate. *l. fin. b.*
3. (II) *Vt alienum negotium geratur alterius causa.* Qui enim sui lucri causa ad negotium alienum accedit, eatenus tantum sumptus repetit, quatenus Dominus locupletior factus. *l. 6. §. 3. b.*
4. (III) *Vt geratur utiliter*, licet effectum non habuit. *l. 10. §. 1. b.* Ex hoc enim oritur æquitas obligationis vltro citroque. *l. 2. b.* Obligat tamen

tamen negotium inutiliter gestum, si a Domino comprobatum. *l. 9. b.* Fluit quoque exinde obligatio ad diligentiam exactissimam *l. 25 §. 16. fam. heredit. §. 1. in fin. de obl. qua quasi ex contractu. l. 6. §. fin. b. l. 21. C. mandat. Struu. ex. 7. tb. 50. Schilt. exer. 10. tb. 67.* (aliquando tamen etiam ad casum, *l. 10. §. 1. b.* sicuti etiam aliquando tantum ad culpam latam. *l. 3. §. 9. b.*) Vnde etiam ob ea tenetur, quæ gerere debuit, sed non gessit. *l. 6. §. ult.*

5. (IV) Vt negotia *ignorantis* gerantur, quamvis præsens fuerit, Franzk. *b. n. 10. 11.* hinc inuiti negotium non geritur, nisi ob utilitatem publicam, Dn. Stryk *de C. C. S. 3. c. 1. §. 2.* nec statim ratihabitio subsequens mandatum inducit, præsertim si negotium in totum absolutum, *l. 9. b.* secus est, si, dum negotium adhuc geritur, superueniat, Franzk. *b. n. 13.* Effectus consistit in eo, quod negotiorum gestio non infamet, sicuti mandatum.

6. (V) Vt geratur cum *intentione alterum obligandi*; alioquin non oritur vltro citroque obligatio, veluti si ex præsumptione pietatis negotium gestum, *l. 11. & 15. C. b. l. 31. & 34. ff. b.* tunc enim præsumitur animus donandi. Possunt tamen & contrariæ præsumptiones adesse, quæ præsumptionem ex pietate enervant, veluti si auia nepotis negotia gessit, impensas in rationes retulit, bona eius administravit, simulque protestata sit. *l. 34. b.* Tota hæc res non

in iure sed factō consistit, *cit. l. 34.* & sic res ex circumstantiis diiudicanda.

7. Ex negotiorum gestione ita comparata actio oritur tum *directa* tum *contraria*: illa oritur ex obligatione principali gestoris, competitque & versus hunc Domino, ad rationes administrationis reddendas, & restituendum, quod ad eum peruenit, vel peruenire potuit, etiam cum vsuris, & denique ad resarciendum damnum quavis eius culpa datum *l. 2. l. 19. §. 4. l. 38. b.* Tenetur itaque aliquando etiam de non gestis, quæ gerere debuit. *l. 16., 21. §. 2. ff. b. Hillig. ad Donell. lib. 15. c. 15. lit. D.*

8. Ex obligatione domini *secundaria*, datur actio contraria, competens ei, qui vtiliter gessit negotium ad indemnitatem consequendam, quæ consistit (I) in repetitione impensarum necessariorum & vtilium. *l. 2. l. 27. pr. l. 45. pr. b.* quatenus intra modum factæ *l. 25. b.* (II) quod gerenti alias abest, ob causam negotii gesti *l. 10. C. b.* etiam ratione vsurarum, *l. 18. C. b.* vel abfuturum sit, in quod scilicet se obligavit, *l. 28. in fin. b.*

9. Alio sensu etiam *directa* opponitur vtili actioni, quæ ex variis circumstantiis competit, vid. *l. 19. §. 2. l. 3. §. 10. l. ult. ff. b. l. 11. §. 17. C. eod.* sed in effectu inter vtramque nihil interest. *l. 47. b.*

TEXT. NOTAB.

L. si quis. 2. l. 3. §. 9. 10. l. item si *in f.* l. si pupilli. 6. §. 3. 6. 9. l. quia tantundem. 7. l. Pomponius. 9. l. sed an vltro. 10. §. 1. l. negotia. 11. l. atqui natura. 19. §. 4. l. 21. §. 2. l. 27. in f. l. Nescenius Appollinaris. 34. l. soluendo. 39. l. si communes. 40. l. is qui. 44. l. actio negot. gest. 47.

EX

Ex Cod. 1. cum Tutores. 1. l. curatorem. 6. l. alimenta. 11. l. quod in uxorem. 12. l. si paterno affectu. 15. l. tutori. 20. l. si quis nolente. 24.

Tit. VI. (IX. 46.)

De Calumniatoribus.

1. **C**alumniatores vario in sensu accipiuntur, Dn. Schilter *ex. 10. §. 71.* hic denotant eiusmodi homines, qui pecuniam aliamve rem accipiunt, ut alteri calumniosam litem faciant, vel non faciant. *l. 1. §. 2. & 3. l. 7. b.*

2. Proposuit contra eos prætor actionem in factum pœnalem in quadruplum intra annum, post annum in simplex. *l. 1. pr. b. & datur hæc actio ei, cuius intuitu pecunia data, ut negotium per calumniam ipsi fieret, vel non fieret. l. 3. §. ult. l. 7. b.* Illi vero qui dedit, ne alteri negotium fieret, datur *condictio ex turpi vel iniusta causa*, ad repetendum datum. In hæredem tamen non competit, nisi ad extorquendum impium lucrum, quod ad eos peruenit, *l. 5. pr. b.*

3. Plures aliæ sunt actiones adhuc proditæ, contra calumniatores, quas conguessit Schilter *c. l. §. 73.* Hodie quoque calumniam coerceri in confesso est; sed an hæc actio adhuc in quadruplum locum habeat, alia est quæstio. vid. Dn. Stryk *in V. M. b. §. 2.* Dn. Schilter *c. l. §. 74. seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. l. & generaliter. 3. §. 3. l. in heredem. 5. l. 7. pr. Ex Cod. l. malo. 2. l. fallaciter. 9. l. quisque. 10.

Lib. IV. Tit. I. (II. 20. seqq.)

De in integrum restitutionibus.

1. **R**estitutio in genere est *amissa causa redintegratio*, & in pristinum statum deductio, fitque vel ex *mera gratia*, in criminalibus, & a solo Principe conceditur, *l. 27. pr. de penis.* vel ex *causa reddenda iustitia*, tum ex capite *innocentia*, *t. t. de sent. pass. & restit.* vel ex singulari *aquitate* ratione propter læsionem iniquam, quæ huius loci est.

2. Hoc sensu est vel *prætoria*, vel *ciuilis*. Ad ciuilem vulgo referunt casus *l. 31. ff. de iureiur. l. 33. de re iudicat. l. 2. C. de resc. vendit.* quo etiam referre posses restitutionem reipublicæ, Dn. Stryk in *V. M. tit. de min. §. 12.* Differentiæ ratio consistit in duratione. vid. Hahn *ad W. b. n. 5.*

3. Omnis restitutio requirit (I) vt fiat a *magistratu maiori*, *l. ult. C. ubi & apud quem cogn. in integ. restit.* hodie à quocunque, Dn. Stryk *c. l. §. 6.* etiam si ab ipso læsio oriatur, Meu. 2. *dec. 152.* modo sit competens vel respectu domicilij vel rei sitæ, non vero contractus, Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 3. Struu. exer. 8. tb. 4.* arbitris vero ius restituendi non competit. *l. 3. C. ubi & apud quem.*

4. (II) *Petatur a parte læsa*, cum ipso iure non competat, Sichard. *ad Rubric. C. b.* & quidem petitur vel per modum actionis, Hill. *ad Donell.*

l. 21.

l. 21. c. 4. lit. e. vel exceptionis, l. 24. §. fin. de minor. l. 9. §. 4. de iureiur. vel separatò processu vel incidenter, c. 6. X, b.

5. (III) *Fiat ad precedentem causa cognitionem, l. 3. b. vnde & pars aduersa citanda, l. 39. de adopr. Franzk. b. §. 12.* (IV) *Probetur lasso haud culposa, quæ (α) ex ipso debet resultare negotio, (β) esse alicuius momenti, l. 3. 4. b.*

6. (V) *Adsit iusta causa, quales in iure vel sunt determinatæ vel indeterminatæ, sub generali tamen regula comprehensæ, (VI) non adsit contra eandem personam remedium ordinarium.* Est enim restitutio *extraordinarium, l. 16. de min. nisi restitutio sit vtilior, l. 13. in fin. ff. de min.* (VII) *petatur intra legitimum tempus, quod olim annale erat, l. 19. & 18. de min. postea mutatum in quadriennium continuum l. vlt. C. de integr. restit. a die remoti impedimenti computandum, Franzk. b. n. 29. aliquando tamen remedium hoc minori tempore durat. l. 26. §. 8. ex quib. caus. maior. Franzk. c. l. n. 25. & 26.*

7. Hoc modo valide intentatur hoc remedium, a personis læsis & heredibus *l. 6. b. l. 18. §. vlt. de min.* imo etiam singularibus, *l. 24. pr. de min.* quia non tam persona quam res restituitur, Franzk. c. l. n. 39. aduersus lædentes; nisi obstet reuerentiæ respectus, *l. 2. C. qui & aduers. quos.*

8. Et quidem agitur ad rescindendum negotium stricto iure validum, & pristinum ius restituendum; quod tamen propterea non ex-

peditur duplici iudicio, rescindente & rescisorio, Struu. *exerc. 8. tb. 3.* Dn. Pagenstecher *in Sicil. ad Lauterb. manip. 3. p. 47.*

9. Effectus *petita* restitutionis est, quod pendente controuersia nihil noui fieri possit, *l. 11. C. de integr. restit. postul.* cum fit instar remedii suspensiuu, Dn. Schilt. *exy. §. 11. c. 6. b. impetrata* vero, quod omnia in pristinum statum sint reducenda, *l. 22. §. 1. ex quib. caus. mai. l. 24. §. 4. l. 39. §. 1. de min.* ab vtraque parte, modo sint connexa, vid. *l. 28. ff. de min.* Greue *exerc. 6. ad ff. b. §. 13.*

TEXT. NOTAB.

L. omnes. 3. l. scio. 4. l. non solum. 6. l. Diuus. 7.

Ex Codice. l. quoniam. 2. l. cum scimus. 3. *sbi & apud quem.*

Tit. II. (IV. 2.)

Quod metus causa gestum est.

1. **V**ls est *maioris rei impetus, qui repelli non potest*, *l. 2.* Metus vero *instantis vel futuri, vel presentis periculi causa mentis trepidatio.* *l. 1. l. 9. pr. b.* De iure Nat. negotium metu gestum est nullum. Dn. Thomaf. *iurispr. diu. l. 2. c. 7. n. 66. seqq.* Sed non de iure Romano, exceptis quibusdam casibus. vid. Hahn. *ad W. b. n. 1.*

2. Hinc iam oritur prima causa restitutionis, quæ vt locum habeat, supponit (I) vt aliquid sit *gestum*, h. e. per alienationem, liberationem, promissionem, negotium cum altero
ini-

initum Franzk. *b. n. 8.* Verus itaque debitor, qui soluere coactus est, hoc edicto non iuuatur, quamuis ius crediti amittat, *l. 12. 13. b. Dn. Schilt. ex. 11. 1b. 12. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 9. b.*

3. (II) Vt gerens per *vim presentem compulsuam* ad hoc adigatur: reliquæ enim species violentiæ huc non spectant, sed patiunt alia remedia. neque etiam sufficit omnis suspicio, inferendi mali. *l. 9. pr. b. l. 9. C. b.* Hinc (III) *agens per vim aliquid ad actum conferre debet*; si enim mere passiuum sese habuit, actus in totum est nullus. Dn. Stryk *in not. ad Lauterb. b. ab init.*

4. (IV) Vt metus sit iustus seu *non vani hominis*, sed qui in constantissimum hominem cadit. *l. 5. §. 6. l. 7. pr. b.* Non itaque sufficit metus reuerentiæ, nec infamiæ, *l. 7. cit. l. Huber. b. §. 2.* sicut nec minæ verbales *l. 9. C. b.* nisi a tali homine proficiantur, qui potest & solet minas exequi, Huber. *cit. loc.* aliud in metu mortis, verberum, vinculorum, carceris, *l. 7. §. 1. b.*

5. (V) Vt vis *a parte inferentis sit iniusta*, vel contra bonos mores, *l. 7. inf. l. 8. pr. b.* Aliud est si iure licito inferatur, *l. 3. §. 1. b. l. 84. §. ult. de legat. 1.* veluti a magistratu, nisi & hic modum excefferit, *c. l. 3. l. 7. §. 1.* vnde nec vrphe-da, quam tortus vel incarceratus inique præstitit, magistratum liberat, *art., 20. C. C. crimin.* Hahn *ad W. b. n. 3.*

6. (VI) Vt *damnum sit illatum l. 12. §. 13. b.* In negotiis itaque nullis non adest læsio, & sic
nec

nec restitutio, quò pertinet promissio dotis. *l. 21. §. 3. b. & c.*

7. Hisce concurrentibus requisitis datur læso actio, vel etiam exceptio *quod metus causa*. De hac infra *t. t. ff. de dol. mal. & met. exc.* Illa est in re scripta, arbitraria & pœnalis mixta, competens metu læsis aduersus quemcunque possessorem, ad rem restituendam, aliquando etiam in quadruplum; metus tamen antea doceatur. *l. 23. pr. b.* Aduersus heredem datur, quatenus peruenit aliquid *l. 16. b.* & quidem perpetuo, *l. 19. b.* & sufficit semel peruenisse ad primum heredem, nam tunc heredis heres omni modo tenetur. *l. 17. b.*

8. Hoc peculiare habet, quod detur contra quemuis possessorem, *l. 1. l. 14. §. 1. b.* Tertius tamen bonæ fidei possessor non tenetur de periculo, *l. 14. §. 5. b.* nisi lis iam contestata, & actor probare possit, se rem statim, modo post acceptum iudicium restituta res fuisset, potuisse distrahere: ast ipse metum inferens indistincte de casu fortuito tenetur, Struu. *exer. 8. tb. 21.* & denique ipse metum inferens & fructus percipiendos restituere tenetur, *l. 12. pr. b.* Non vero bonæ fidei possessor, nisi in quantum locupletior redditus., *l. 18. b. Brunn. parit. b. q. 26.*

8. In quadruplum non datur simpliciter, sed (α) *intra annum l. 10. l. 14. §. 1. b.* post annum autem in simplum ad 30. annos §. 27. *de action.* qui mutatus est in quadriennium continuum, *l. vlt.*

l. ult. C. de tempor. restit. Dn. Stryk. in V. M. §. 4. b. (β) tunc demum, si ad arbitrium iudicis ante sententiam auctori non restituerit, l. 14. §. 4. b. Quadruplatur autem res cum fructibus & omni causa, l. 14. §. 7. b. Sed vero aliquando etiam pretium restituendum, si quis videlicet ad rem suam vendendam coactus fuerit l. 3. C. b.

TEXT. NOT.

L. i. l. vis. 2. l. metum. 6. l. nec timorem 7. l. isti quidem 8. §. 2. l. metum autem 9. pr. 4. 6. f. l. si quis 11. l. sed & partus 12. in f. l. extat 13. l. item 14. §. 2. 3. 4. 13. l. quod diximus. 16. in f. l. videamus 17. l. si res ipsa 18. l. quod autem 19. l. si mulier 21. §. 5. l. non est verisimile 23. pr. Ex Cod. l. cum te non solum. 2. l. metum. 9.

Tit. III. (11. 21.)

De dolo malo.

1. **G**eneraliter *dolus* denotat quoduis pessimum consilium data opera alteri nocendi, & omnibus delictis inest, & sic etiam metui *l. 14. §. 13. quod metus caus.* Huic aliquando, si de interesse civili agitur, æquiparatur culpa lata, quæ proinde dicitur *presumptus dolus* vid. *L. 26. de V. S. l. 32. deposit.*

Specialis *dolus malus* est omnis *calliditas, fallacia & machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum adhibita, l. 1. §. 2. b.* Qua definitione Labeo per tres quasi gradus omnis doli formas videtur expressisse. Huber. *b. §. 2.* Dn. Engelbr. ad *ff. b. §. 13.* De hac specie hic sermo est, ex qua datur restitutio.

3. Requiritur vero (I) *dolus malus* vti §. 2. descriptus coniunctus cum inexcusabili quadam calliditate *l. 7. §. ult. b.* Hinc sine dolo malo aliud agentes, aliud simulantes, vt tueantur sua vel aliena, huc non pertinent *l. 1. §. 2. 3. b.* Frantzk *den. 6.* Multo minus dolus, qui dicitur *ex re*, huc pertinet, *l. 36. de V. O. l. 2. §. 3. sqq. de dol. mal. & met. except.* parit tamen, si læsio sit ultra dimidium, restitutionem *ex l. 2. C. de rescind. vendit.*

4. (II) *Vt negotium stricti iuris dolo malo gestum sit.* Equidem quemadmodum metus, ita multo magis dolus, de iure naturæ negotium facit, ipso iure nullum: sed leges Romanæ id non admiserunt in contractibus stricti iuris. *l. 36. de verb. obl.* in quibus, quod non expressum, pro omisso habendum *l. 99. eod.* & sic propter negotia *stricti iuris* imprimis inventa hæc restitutio *l. 7. §. 3. b.* quamvis semel introducta ad alia negotia extra contractus dolose gesta postea applicari cœpit *l. 7. C. b. l. 8. l. 9. §. ff. b.*

5. In negotiis vero *bonæ fidei* distinguunt Dd. inter dolum *dantem causam contractui*, vbi quis fraudibus inducitur ab alio ad contrahendum, alias non contracturus, *l. 7. pr. b. & incidentem*, vbi quis in negotio decipitur, non vero ad contrahendum inducitur. *Priori casu* nullum esse volunt negotium, *l. 7. pr. b.* electione tamen decepto salua, velitne negotium dicere nullum, an seruare, & quanti intersit petere, Struu. *ex. 8. sb. 28.* *Posteriori vero* dari actionem

nem ex illo contractu communiter dicunt, in quo dolus admissus, vt læsio saluo contractu refarciatur, *l. 7. pr. & §. 3. b. l. 13. §. 4. & 5. de actio. empt. vend.* Quamuis alii etiam hic electionem decepto dare malint, malitne contractum, nullum dicere, an vero seruare, præter *l. 5. C. de rescind. vend. l. 12. §. 1. de iur. dot. l. 16. §. penult. de min. l. 3. C. commun. utriusque iud. l. 11. §. 5. D. Act. E. V.*

6. (III) *Vt nulla alia ordinaria actio competat, l. 1. §. 4. b.* nisi dubitetur, an alia adfit actio, vel actio concurrens æque fit famosa, *l. 7. §. 3. l. 9. §. 2. b.* Hahn *ad W. b. n. 5.* vel actio quæ competit, inanis fit, *l. 5. & 6. l. 7. §. 8. b.* vel tempus, intra quod instituenda, dolo aduersarii effluxerit, *l. 1. §. 6. b.* conf. Cornel. van Eck. *in princ. iur. b. §. II. Frantzk. b. n. 20.* Inde iam explicari potest: *l. 5. §. 2. & 3. d. P. V. iunct. l. 2. b.*

7. (IV) *Lesio non modica l. 10. ff. b.* vnde causæ cognitio prætoris requiritur. *l. 9. §. ult. b. & speciatim exprimendum, quid dolo malo factum sit l. 16. b.* ob læsionem tamen modicam facilius admittitur actio, in factum, Hahn. *ad W. b. in fin.*

8. (V) *Vt ratio personarum habeatur,* contra quas instituitur, neque enim instituenda contra personas, quibus reuerentiam debemus, sed vtendum actione *in factum,* verbis in factum temperatis, *l. 11. §. 1. b.* quia infamat. *l. 15. §. 3. b.* Vnde quoque contra heredem non datur; si tamen locupletior ex dolo defuncti

factus fit, actio in factum perpetuo competit, l. 28. l. 29. b.

9. (VI) *Vt intra biennium continuum instituat*ur, quod hodie sufficit; quamvis de iure Romano intra biennium finiri debuit: sed actio subsidialis in factum perpetua est, l. 28. in fin. b. Dn. Schilter *ex. II. tb. 21.* & adhuc elapso biennio competit, in quantum dolosus locupletior factus l. 28. cit. Frantzk. b. r. n. ult.

10. His concurrentibus requisitis datur *actio de dolo*, personalis arbitraria competens ei, qui dolo alterius malo deceptus est, contra decipientem, ad rei dolo amissæ restitutionem cum omni causa, quæ aliquando per iuramentum in litem æstimatur, si decipiens non restituat, secundum arbitrium iudicis l. 18. b. Quod si in negotio b. f. dolus sit admixtus, agitur vel remedio *nullitatis*, vel ex ipso contractu purgatur dolus, ut recipiat actor, quanti sua interest. Vtrobique autem intra 30. annos agendum

TEXT. NOTAE.

L. 1. pr. §. 2. 3. 4. l. Nam is. 6. l. & eleganter 7, pr. §. 3. l. quod si 8. l. si quis adfirmavit 9. §. 2. l. non debet 11. seq. l. sed ex dolo. 15. pr. §. 1. 3. l. arbitrio 18. pr. l. 22. l. in heredem 36. l. Itaque 28. l. si duo 36.

Ex Cod. l. 2. l. si superstite. §. 1. Dolum. §. 1. optimum 8.

Tit. IV. (II. 21.)

De minoribus XXV. annis.

1. **C**ontinetur hic *restitutio minorum*, lapsorum in negotiis civilibus, ob lubricum æta

ætatis, *l. 1. pr. 2.* Vt vero hæc competat, sequentia requiruntur, (I) *minorennitas.* *Minorennes* hic illi sunt, qui annum 25. non impleuerunt, quod tempus a momento in momentum spectatur, *l. 3. §. 3. b.* & sic XI. dies nuper calendario subtracti computandi. De die intercalari vid. Franzk. *b. ab init.* Hic terminus de iure communi quidem certus, variat tamen ex statutis locorum, vid. Dn. Stryk *in V. M. h. §. 2. seqq.* Dn. Schilt. *ex. 11. §. 24. seqq.* Imo & qui minorenes reuera sunt, possunt quandoque haberi pro maiorenibus, (i) ob iuramentum corporale præstitum, *auth. sacramenta puerum. C. si aduers. vend.* Hillig. *ad Donell. l. 21. c. 13.* (2) Si princeps minorem pro maiorenni declarauerit, *l. 2. C. de his qui ven. etat. impetr.* & hæctenus non restituntur, nisi contra ætatem. *l. 1. C. b.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 22.*

3. Probanda autem est hæc ætas, *l. 9. C. de probat. l. 4. C. b.* Et quidem plerumque libris baptismalibus, modo non de præcisa die quæstio fit, alias tantum baptismus inde probatur, *vid. ius Paroch. sect. 4. c. 1. §. 30.* Strauch. *diff. 27. sb. 18.* C. I. A. *b. sb. 102.* Dn. Harprecht. *Vol. 1. Conf. Tub. 12. n. 10. seqq.* Professio parentum quoque recipi potest, *l. 16. de probat.* quæ tamen tantum facit semiplenam probationem, Hahn. *ad W. b. n. 6.* Quod si dolo se maiorem dixerit, cessat restitutio. *l. 1. C. si minor se maior.*

4. (II) *Vt aliquid cum minore fuerit gestum, l. 1. §. 1. b.* quo etiam pertinent, quæ a minore sunt

neglecta, *l. 44. b.* siue in iudicio siue extra iudicium, quod explicatur in *titulis, C. si aduers. rem iudicat. & c.* (Non ergo contra delicta dolosa, *l. 37. pr. b. l. 1. C. si aduers. delict.* bene tamen culposa, *l. 2. eod.* Huber. *b. §. 9.*) siue minor curatorem habuit, siue non *l. 3. C. de in integr. restit. l. 2. 3. & f. C. si tutor. vel Curat. interu.* Contra gesta tamen cum parentibus & patronis cessat restitutio, *l. 2. C. qui & aduers. quos.* nisi in casu *nouell. 55. c. 1.* conf. Hillig. *ad Donell. lib. 21. c. 8.* Dn. Berger. *special. comment. ad cit. l. 2. §. 6. seqq.* sic & contra dationem libertatis, *l. 1. C. si aduers. libert.* omissionem actionis iniuriarum *l. 37. C. b.* (bene tamen querelæ inofficiosi *l. 1. C. de in integr. restit.*) & contra matrimonium restitutio cessat. Hill. *ad Donell. cit. l. c. 12.* Dn. Engelbr. *c. l. §. 44.* Struu. *exerc. 8. tb. 57.*

5. (III) Vt minor *manifesto læsus* fuerit, *l. 24. §. 1. b. l. 12. §. 1. de administr. tutor.* Vnde negotia ipso iure nulla huc non spectant, quia ipso iure tuti sunt, *l. 16. §. 1. l. 3. C. b. l. 24. de re iudicat.* Est autem læsio æstimanda ex tempore contractus. Hilliger. *ad Don. lib. 21. c. 9. lit. A.*

6. (IV) Vt læsio contingat *propter lubricum ætatis.* Non itaque huc spectant damna fatalia, qua talia *l. 11. §. 4. & 5. b.* aliud si & hic quædam imprudentia præcesserit: quo pertinet, si rem forti commiserint; Huber. *b. §. 4.* lubricum tamen ætatis non attenditur in iis negotiis, in quibus

quibus certæ artis peritiam profitetur. Struu.
ex. 8. tb. 55.

7. Probanda vero ante omnia hæc læsio, l. 9.
§. 4. de iniur. l. 5. C. b. Hillig. ad Donell. l. 21. c. 10. a-
liquando tamen sola allegatio negotii gesti suf-
ficit, si nimirum læsionem per se contineat, l. 7.
§. 3. b. Struu. ex. 8. tb. 48. Meu. 7. dec. 287.

8. (V) Ut negotium in minorennitate ge-
stum maior factus non comprobauerit, quod fieri
potest vel expresse l. 1. §. 2. C. si maior fact. r. ad.
bab. vel tacite, si negotium in maiorenni ætate
geratur, quod necessariam approbationem ne-
gotii antea gesti continet, l. 3. §. 1. §. 2. b. veluti si
pretium rei alienatæ petat, si soluat, si annuos
reditus accipiat, vel etiam, si tempus restitutio-
ni præstitutum, (quadriennium scilicet, a primo
die anno 26. computandum, Dn. Engelbr. eis.
l. §. 25.) labi patiatur. l. ult. C. de tempor restit.
in integr. Si tamen veniam ætatis impetrauerit
minor, quadriennium non ante finiendum, ni-
si obtenta vera maiorennitate. l. 5. C. de tempor.
in integr. rest. Dn. Schilter ex. 11. §. 27.

9. (VI) Ut semel antea non fuerit denegata; sic
enim ex eadem causa non amplius conceditur,
l. 1. C. si saps restit. in integr. postulat. a reiecta ta-
men restitutione appellari potest.

10. Denique (VII) requiritur, ut non aq̄ue sit
privilegiatus, contra quem restitutio petitur, l. 34. l. 11.
§. 6. b. nisi privilegium ætatis sit fortius. l. 11. §.
7. l. 12. b.

11. Concurrentibus his requisitis, restitutio

haud deneganda minori, & ex eius persona heredi *l. 18. §. 5. l. 19. b.* imo propter minorem aliquando quoque simul restituitur maior, vel quod ei cedere debeat restitutionis beneficium *l. 24. pr. b.* vel quod minor alias restitui non possit, veluti si minor socium maiorenem in causa indiuidua habeat, *l. 4. §. 4. si seru. vindic. l. 29. §. 1. b.* alias soli minori restitutio prodest, *l. 3. §. 4. b.* vt nec fideiussores inde releuentur, *l. 13. pr. b.* quin potius minor aduersus vtrumque & fideiussorem & creditorem restituendus, *c. 1. nisi alia causa maioribus communis concurrat, quæ quoque fideiussori prodesse debet, Struu. ex. 8. sb. 60.* ex eodem fundamento restitutio filii fam. non prodest patri. *l. 3. §. 4. b.*

12. Restituitur minor aduersus eum, quocum negotium gestum, etiam contra fiscum, non facile aduersus *tertium possessorem*, nisi forsitan minor rem ipsam potius habere quam interesse velit, *l. 9. pr. l. 13. in fin. l. 14. & 15. b.* vel is non fit soluendo, quocum negotium gestum, *l. cit. 13.*

13. Utuntur hoc eodem beneficio *Ecclesia, respublica*, aliaque *pia corpora*, quæ comparantur minoribus, *in c. 1. X. de restit. in integr. l. 3. C. de iur. republ.* hac tamen cum differentia, quod illæ nunquam fiant maiores, Dn. Stryk *in not. ad Brunn. Ius Eccles. l. 2. c. 14. §. 7.* Largiuntur itaque etiam hic Doctores quadriennium, sed a tempore læsionis computandum, Galef. *ad Clem. vnde restit. in integr. n. 43.*

Quod

Quod tamen non currit, durante vita Reſtoris, male alienantis; ſed demum incipit currere tempore ſucceſſoris, vtrimum ſciuit illicitam alienationem. Ziegler *ad Lancell. lib. 3. t. 81. §. 3.* Reſtius tamen hæc reſtitutio ad ciuiles referri deberet, ceu ſupra iam dictum. B. Linck *ad decret. t. de in integr. reſtit. §. 4.*

14. Sunt etiam in perpetua curatela feminæ Saxonice & Hamburgeneſes, aliæque, ſecundum ſtatuta loci, Mev. *ad ius Lubec. l. 1. tit. 7. art. 4. n. 8.* Vnde diſputant, vtrum etiam hæc reſtituendæ ſint, quod aſſerendum videtur, vid. Iacobi *diſput. de in integr. reſtit. mulierum. c. 2.* Dñ. Io. Sam. Stryk *diſp. iur. ſingul. fem. Hamburg. c. 1. §. 13.* Dñ. Schilt. *ex. II. th. 9.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. l. Denique Diuus. 3. §. 1. 2. 3. 4. l. Minoribus. 6. l. ait Prætor. 7. §. 3. 6. 9. l. minor etiam ſi. 8. l. ſi ex cauſa. 9. §. 3. §. 1. Verum vel de dolo. 11. §. 4. 6. 7. l. ſi apud minorem. 11. l. in cauſæ cognitione. 13. pr. l. plane. 14. l. in cauſæ cognitione. 16. pr. §. 4. l. interdum. 19. l. quod ſi minor. 24. §. 1. 2. 4. l. illud. 25. l. etiam ſi patre. 29. l. ſi minor. 34. l. auxilium. 37. pr. §. 1. l. 38. l. ſi iudex. 41. l. de ætate. 43. l. minor ſe in id. 48.

Ex Codice l. illud. 1. l. ſi curatorem. 3. l. minoribus. 8. l. Non videtur. 9. *de in integr. reſtit. minor.* l. poſt quam. 1. l. ſi ea. 2. *de fideiuſſ. min.* l. ſi iam. 1. l. etiam. 3. l. ſi creditor. 4. l. etiam tutoribus. 5. *ſi Tut. vel Cur. interu.* l. vn. *ſi in communi.* l. aduerſus. 3. *ſi adu. rem iudic.* l. ſi minor. 1. auth. ſacramenta puberum *ſi adu. vendit.* l. 1. *ſi adu. tranſact.* l. in delicto. 2. *ſi adu. ſoluit.* l. in criminibus. 1. *ſi adu. delictum.* l. 1. *ſi adu. cred.* auth. ſi omnes. *ſi minor ab hereditate.* l. 1. *ſi ſit omiſſam.* l. 2. l. in minorum. 3. l. ſancimus. 5. *in quibus cauſ. in integr.* l. 1. l. 2. qui & adu. quos. l. 2. 3.

si minor se maior l. 1. l. 3. *si sap. in integr.* l. omnes. 2. l. cos. 3. *de his qui veniam*, l. 1. *si mai. fact.* l. quoniam. 2. l. 3. *Sibi & apud quem*

Tit. V.

De capite minutis.

1. **P**ertinet hoc edictum restitutorium *ad minimam capitis diminutionem*: qui enim maximam & mediam passi sunt, penitus non possunt conueniri, nec vlla restitutionis æquitas est, quamuis vtili actione teneantur illi, ad quos bona peruenerunt, l. 2. *pr. l. 7. in fin. b.*

2. Erat autem restitutione vel ideo opus, quod filiusfamilias emancipatione in seruilem causam deduceretur, quod & adoptatis, eueniebat, l. vlt. *C. de emancip. l. vlt. C. de adopt.* adeoque iura priuata & actiones extinguerentur, l. 2. l. 5. §. 2. l. 6. 7. 8. *b.* Non vero quæ in facto naturali consistebant. l. 8. & 10. *b.*

3. Desierunt vero emancipationes & adoptiones fieri per imaginarias venditiones & manumissiones, l. II. *C. de adopt. l. vlt. C. de emancipat.* Et sic emancipationem hodie esse simplicem resolutionem patriæ potestatis, non capitis diminutionem, arbitratur Huber. *b. §. 3.* vt sic restitutione non opus videatur, Franzk. *b. in fin.*

TEXT. NOTAB.

1. pertinet. 2. *pr. §. 2. 3. l. liberos. 3. §. 2. l. Tutelas. 7. pr. l. legatum. 10. l. vlt.*

Tit.

Tit. VI. (II. 54.)

Ex quibus causis maiores XXV. annis in inte- grum restituantur.

1. **P**roponitur in hoc titulo duplex restitu-
tionis causa, altera *specialis*, altera *genera-*
lis. Ad specialem pertinet *absentia*, quæ ut
restitutionem pariat, imprimis requirit, *ut sit*
iusta, & *ut quis propter absentiam laesus sit.* l. 44. b.

2. Hoc tamen, ubi præsens contra absentem
restituendus esset, non attendebatur, sed que-
libet sufficiebat absentia, l. 21. b. Sed postquam
in l. 2. C. de annal. except. præsentibus aliud re-
medium præscriptum, prouocare amplius ne-
queunt ad restitutionem, ordinario quippe
remedio tuti: quo si non fuerint vti, propriæ
culpæ penam ferunt, Dn. Stryk in not. ad Lau-
sorb. b. p. 164.

3. Prout causæ absentia variant; ita etiam
absenti contra præsentem indulgetur vel dene-
gatur restitutio. Est enim absentia vel *necessa-*
ria vel *voluntaria*: utraque vel *laudabilis*, vel *vi-*
tuperabilis, vel *indifferens*, Franzk. b. n. 5. & seqq.
Ubique ad *aquitatem* respiciendum. l. 26. §. 9. b.
Sic qui necessario vel voluntario absunt ex
causa laudabili, indistincte restituantur, siue
procuratorem habeant siue non l. 26. §. 9. l. 28.
pr. b. Franzk. b. n. 19. quod idem dicendum est

de absentibus necessario, quamuis ex causa indifferenti Frantzk. *b. n. 14.*

4. In aliis absentix causis, modo excipias dolosam & malitiosam, *l. 2. §. 8. Si quis cant. iudic.* eodem modo respicitur, vtrum Procuratorem reliquerit, vel relinquere facile potuerit, absens, & ab eo facile defensus fuerit: & si non defensus sit, vtrum regressu contra procuratorem possit sibi consulere, *l. 21. §. 1. l. 26. §. 1. l. 39. b.* quibus circumstantiis perspectis, iudex prudens facile arbitrabitur, vtrum restitutio sit indulgenda nec ne. Neque hic præcise ad priuilegium absentix respicitur, sed ad iustum impedimentum *l. 46. l. 29. b.*

5. Ad generalem causam restitutionis pertinent varia & iusta impedimenta, ob generalitatem clausulæ *in l. 1. in fin. b.* vbi respiciendum puto ad sequentia requisita, (1) *vt lapsus tale impedimentum auertere & præuidere non facile potuerit, l. 16. b.* (2) *vt sit impedimentum facti:* Si enim in iure consistat, obtinet regula: non valenti agere non currit præscriptio. (3) *vt ipsum impedimentum tale sit, quod non fueris reprobaturum aliis edictis vel legibus, l. 1. in fin. b.* Vnde metus inanis, non dat restitutionem ex hac clausula generali.

6. Possset itaque huc referri iusta ignorantia & error probabilis, Brunn. *ad l. 1. ff. b. n. 4.* quatenus nimirum per errorem negotium non est nullum. Exempla sunt in *§. 33. l. de action. l. 1. §. 9. de iur. ad iur. que priu. l. 1. §. fin. quod falso tut.*

§. 5. *I. de hered. qual. & diff. l. 15. & 5. quod vi aut clam* Præsertim si fexus ratio accedat, *Meu. p. 1. d. 218.* vid. tamen *l. 32. pr. ad SCt. Vellei.*

7. Ex quo fonte nonnulli indulgent restitutionem contra præscriptionem completam ex capite ignorantix, quæ sententia etiam fere moribus recepta, *Dn. Stryk. in V. M. b. in fin.* Quamvis alias de iure subsistere nequeat, *Struu. ex. 8. eb. 76. Hahn ad. W. b. n. 10.*

8. Sic & hodie fere obtinuit, vt restitutio in integrum contra sententias ex hac clausula indulgeatur, *Hahn. cit. l. & quidem in camera expeditur vel breui manu, vel prauia citatione n. 27. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 4.* Plenius totum processum huius restitutionis instruit *Blum. in process. cam. sit. 78. conf. Schilter. ex. II. in fin. in coroll.*

9. Petitur hæc restitutio, vel *actione rescissoria*, si quis ius aliquod amiserit, *l. 28. in fin. b.* vel noua actione quam *Institutoriam* vocant, si forsan lucrum amissum est, *l. 17. pr. §. 1. l. 41. & 43. b.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Item hi 4. l. succurritur 9. l. non enim negligentibus 16. l. sciendum 18. l. Nec vtilem 20. l. 23. §. f. l. sed etfi. 26. §. 1. 6. 7. 8. l. videlicet. 29. l. si is. 31. l. 38. §. 1. l. is qui Reip. 39. l. 44.

Ex Cod. l. in contractibus 3. l. Respubl. 4.

Tit. VII. (II. 55.)

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

1. **H**æc restitutio est *irregularis*, neque enim ad rescindendum negotium, sed ad merum interesse agitur, *l. 1. in fm. l. 3. §. 4. l. 4. §. 5. b. Huber. b. §. 1. & eo nomine datur actio in factum.*

2. Præsupposita requisita huius actionis sunt (1) *alienatio dominii vel possessionis. l. 4. §. 2. b.* detentio enim alii concessa non impedit, quo minus verus possessor actione directa conveniri possit, *l. 9. de R. V. (2) & quidem facta ante litem contestatam, l. 8. pr. b.* nam post litem contestatam alienatio est nulla, *l. 2. C. de litigi- os. (3) inter vivos, l. 8. §. 2. 3. b. (4) citra necessitatem, l. 10. b. (5) ex dolo malo, l. 4. §. 1. & 3. h. (6) iudicii *favuri* mutandi causa, l. 4. §. 1. b. (7) vt durior sit aduersarii conditio facta, l. 2. l. 3. pr. b.*

3. Post introductum hoc remedium recepta est quoque actio *utilis in rem*, tanquam contra eum, qui dolo desit possidere, *l. 27. §. 3. de R. V.* pinguius tamen aliquando est beneficium Prætorium, *Da. Stryk in V. M. b. §. 2. Oldendorp. class. I. art. II. vt adeoque concurrant electiue. Hahn. ad W. b. n. 6.*

4. Datur hæc actio intra annum, *l. 6. b.* qui in quadriennium mutatus vix dici potest, *l. 7. Struu. ex. 8. tb. 94. & quamvis rei persecutio-*
nem

nem contineat, *l. 4. §. 6. b.* in heredem tamen non datur, *c. l. l. 7. b.*

5. Affinis huic materiae est alienatio actionum in *potentiores*, quae in *l. 2. C. ne liceat potent.* sub iactura iuris prohibita est. Hic autem requiritur alienatio a parte actoris, *Frank. lib. 1. resol. 10. n. 11.* Sicuti in priori requirebatur alienatio ex parte rei, *Hahn. ad W. b. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. l. quia etiam. 3. §. 4. 5. l. item si res. 4. §. 1. l. 7. l. 8. §. 2. 4. l. Nam si obligatur, 10. pr.
Ex Cod. l. vn.

Tit. VIII. (II. 56.)

De receptis, qui arbitrium
 receperunt, ut sententiam dicant.

1. **A**rbiter hic denotat iudicem a priuatis electum, ut sententia sua litem finiat. *l. 33. §. 2. b.* Eliguntur autem arbitri vel ex *necessitate legis*, aut alius *dispositionis*. vid. *l. 16. C. fin. C. de iud. c. 39. X. de offic. C. potest. iud. deleg.* vel libera partium *voluntate* per compromissum, de quibus hic potissimum agitur.

2. Differunt itaque hi arbitri tum a iudice ordinario, vid. *Hillig. ad Donell. lib. 28. c. 14.* tum *Arbitratore*, & quidem quoad hunc potissimum in eo, (a) arbitri ad controuersias decidendas dantur.

dantur. *l. 1. ff. b.* Arbitratores etiam ad alia negotia concilianda, ubi nulla lis est, *l. ult. C. de contrab. E. V. (β)* Arbitrator modum procedendi ordinarium obseruat; arbitrator amicabiliter partes componere studet, (γ) sententiæ arbitri standum præcise, *l. 27. §. 2. b.* nec abinde appellatur nisi in casu *l. 32. §. 14. b.* Sed ab arbitrio arbitratoris iniquo datur reductio ad arbitrium boni viri, *l. 76. ff. pro socio.* (δ) arbitrator etiam femina esse potest, Brunnem. *ad l. ult. C. b. n. 3.* sed non arbiter, nisi iurisdictionem de iure vel consuetudine habet, *c. 4. X. b.* In constituendis arbitris requiritur (I) *libera partium conuentio*, arbitrium enim concipere nemo cogitur, quamuis si semel fuerit receptum, iam necessario finiendum sit, *l. 3. §. 1. b.* nisi iusta causa arbitrum excuset, *l. 9. §. 3. seqq. l. 10. l. 11. pr. l. 15. b.*

4. Vocatur hæc conuentio *compromissum*, *l. 11 §. 1. b.* quod hodie simpliciter obligat. Non vero admittit iuramentum, *N. 82. c. 11. auct. decernit. C. b.* nisi de iure canonico, *c. 2. §. 9. b.* conf. Hillig. *ad Donell. l. 23. t. 11.*

5. (II) *Vt talis eligatur, qui iudex esse non prohibetur*, neque enim mulieres, *l. ult. C. b.* serui, *l. 9. b.* pupilli, furdi, muti, *l. 9. §. 1. b.* minores, *l. 41. b.* recipi possunt, sicut nec laici in causis spiritualibus. *c. 8. b.* B. Link *ad decret. b. §. 1.* Vtlerius ex ratione peculiari nec iudices pedanei ad illam causam dati, *l. 9. §. 2. b.* bene tamen

ma-

magistratus ordinarius, *l. 3. in fin. l. 4. b. c. 2. X. de prebendis c. 5. b. Meu. 1. d. 98.*

6. (III) *Vt compromittentes liberam rerum suarum habeant administrationem.* Est enim compromissum res magni præiudicii; *l. 27. §. 2. b.* Vasalli tamen etiam sine consensu domini compromittere possunt, *2. f. 15. 34. §. si autem, f. 46. Iterum de feud. imperii c. 25. §. 22. Dn. Stryk in exam. I. F. c. 19. q. 21. Bitsch. ad cit. §. si autem, p. 395.*

7. (IV) *Vt negotium in compromissum deductum sit privati arbitris, unde compromitti nequit de iudiciis publicis, nec delictis famosis, l. 32. §. 6. conf. Petrus de Greue exer. ad ff. 6. §. 25. causis status & popularibus l. 32. §. 7. matrimonialibus, c. pen. in f. de in integr. restit. quatenus de his non valet transactio.*

8. Officium arbitrorum ex fine constituti compromissi diiudicatur, qui est seruato iuris ordine, litem sententia sua decidere, *l. 1. b. l. 32. §. 15. b.* Pluribus datis arbitris, omnium requiritur præsentia, nec arbitrium valet, licet reliqui vno absente consenserint, *l. 17. §. ult. l. 18. b.* nisi cum clausula dati sint, *si non omnes.* Meu. 4. d. 152. conf. *cap. ult. b. in o. vbi ius canonicum quodammodo recessit a iure ciuili.*

9. Omnibus vero præsentibus standum est parti maiori *l. 27. §. 6. l. 27. §. 3. b.* Si non adfuerint maiora, (quod contingere potest, si in duos sit compromissum) aut videndum, vtrum in compromisso certa persona expressa, quæ
maior

maiora efficere debeat, quo casu compromisso standum. Non vero sufficit generalis conventio, ut tertius eligatur *l. 17. §. 5. & 6. b.* nequidem iure canonico, B. Linck *ad decret. b. §. 3.* Facilius tamen moribus Dn. Stryk *in V. M. b. §. 9.* Si tantum dissensus fit in quantitate, minor summa sequenda, *l. 27. §. 3. b.* modo stet intra terminos æquitatis Engelbr. *in colleg. iur. can. b. n. 2. in fin.*

10. Laudo arbitrorum partes stare debent, *l. 27. §. 2.* ut nec ipse arbiter mutare illud possit, *l. 19 §. f. b.* licet errauerit *l. 20. b.* quod tamen facilius hodie conceditur Dn. Schilter *ex. 12. §. 9.* Hinc quoque nec appellationi locus est, *l. 1. C. b.* Carpz. *P. 1. C. 1. d. 13. n. 7.* Brisson. *de formul. l. 6. p. 559.* Schilter. *cit. l. §. 6.* mitiores tamen Romanis fuerunt Germani, hodie admittentes rescissionem laudi ob læsionem enormissimam, Dn. Stryk *git. loc. §. 10.* imo reductionem ad iudicem ordinarium. Gail. *I. O. 149. 150.* Huber. *b. §. 9.* Schilt. *c. 1. §. 7. seqq.*

11. Ad laudum seruandum, siquidem *homologatum* sit, h. e. silentio decem dierum firmatum, *l. 5. pr. C. b.* partes compelluntur actione *in factum*, quasi ex re iudicata; intra decem dies itaque per protestationem laudum impugnari potest, sic compromissum nudo pacto initum *l. penult. C. b.* priori casu fit executio per iudicem ordinarium; posteriori autem laudum effectu caret: quod tamen vix ad mores

more nostros applicari posse, optime obseruat
 Dn. Stryk in *V. M. b. §. II.*

112. Soluitur compromissum (1) morte arbi-
 trorum, *l. 32. §. 3. l. 45. & 47. b.* etiam vnus, si
 plures fuerint electi, *c. 42. X. de offic. & potest.
 iud. delegat.* (2) lapsu temporis præfinita, *l. 21. §.
 8. l. 32. §. 31.* (3) Morte vnus compromittenti-
 um, *c. fin. b.* nisi expresse mentio heredum facta,
l. 27. §. I. l. 49. §. 2. l. 32. §. 19. (4) pronunciato
 laudo, *l. 19. §. fin. b.* (5) transactione *l. 32. §. 3. b. (6)*
 cessione bonorum. *l. 17. b. & c.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. l. Pomponius ait 13. §. 2. l. licet autem. 15. l. item
 fructus. 17. §. 2. 4. §. 6. 7. l. sicut tribus. 18. l. 20. l. quid ta-
 men pr. §. 5. 6. 7. 10. 11. l. Labeo ait. 25. §. 1. l. Diem pro-
 ferre. 27. §. 1. 2. 3. 7. l. Ita demum. 31. pr. l. Non distingue-
 mus. 32. §. 4. 6. 14. 15. 21. l. cum pœna. 38. l. cum lege Iulia,
 41. l. 49. §. f.

Tit. IX.

**Nautæ caupones stabularii
 vt recepta restituant.**

1. **N**ecessitas & utilitas huius edicti manife-
 sta est. *l. 1. §. 1. l. 3. §. I. b.* Comprehen-
 duntur illo duæ actiones, quarum altera est
ex quasi contractu, altera *ex quasi delicto*.

2. Actio *de recepto* competit viatoribus ad-
 uersus nautam, cauponem, vel stabularium, vt
 recepta restituat, & damna cuiuscunque cul-
 pa data refarciat, *l. 1. seqq. b.*

3. Vt huic actioni locus sit, requiritur (1) *fa-
 ctum*

Actum receptionis, ex quo fundamentum obligandi, tanquam ex quasi contractu Dd. deducunt. Brunnem. *ad l. 1. b. n. 2.* Dn. Schilter *ex. 12. tb. 21.* neque liberatur caupo ab hac obligatione, si protestationem interponat; nisi vectores prædictioni consentiant, *l. ult. pr. b.* imo nec sola clavium traditio periculum hoc a caupone auertit. Struu. *ex. 8. tb. 117.* Dn. Stryk *in V. M. b. §. 3. & in tr. de act. for. inuest. S. 1. m. 9. §. 39.*

4. Non vero requiritur *expressa* receptio, sed sufficit, si simpliciter res cauponæ immixtae sint, *l. fin. b.* & sic multo minus necessaria est specialis designatio rerum illatarum. Probandum tamen est, quænam res fuerint illatæ, & aliquando, si viator integræ frontis, & præsumptio pro eo sit, quod huiusmodi res secum habuerit, admittitur ad iuramentum. Mascard. *de prob. conclus. 833. n. 7. seqq.* Struu. *ex. 21. tb. 41.*

5 (II) Vt res sint receptæ a nautis, cauponibus & stabulariis quæ talibus, quod ad magistros postarum & aurigas ordinarios recte extenditur. Dn. Stryk *de act. forens. inuest. S. 1. m. 9. §. 35. seqq.* conf. Muller. *ad Struu. ex. 8. tb. 110. lit. d.* Dn. Engelbr. *ad ff. h. §. 40.* Non continentur itaque hoc edicto illi, qui extra professionem, quam exercent, aliquem recipiunt, *l. 3. §. 2. b.* vel si is recipit, qui potestatem recipiendi a caupone vel stabulario non habet, *l. 1. §. 2. & 5. 2. b.* vel huius professionis non fit, vt res recipiat, tanquam publicus caupo, *arg. l. 1. §. 1. & l. 3. §. 3. b.* talis itaque receptio probanda est, Dn. Schilter. *ex. 12. tb. 24.*

6. (III) Vt *damnum datum* in naui, caupona vel stabulo, non fit mere casuale, hoc enim non præstat caupo, bene tamen omnem culpam l. 3. §. 1. b. prius tamen probandum a caupone, Schilt. c. l. §. 22. & 24. Hahn. ad W. b. v. 5.

7. Positis his circumstantiis datur hæc actio aduersus prædictas personas, quisquis demum *damnum* dederit, Stamm. de Seruitut. person. l. 2. c. 14. n. 11. in fin. ad res receptas restituendas l. 3. §. 4. b. quæcunque illatæ sunt, l. 4. §. 1. b.

8. Altera actio oritur ex quasi maleficio, quæ est in factum personalis, competens contra exercitorem naui, cauponæ vel stabuli, ad pœnam dupli ob *damnum datum* ab iis, quorum opera vitur, l. 6. §. 3. l. 7. §. 4. b.


9. Singularia huius actionis pœnalis requisita sunt, (1) vt *damnum datum* sit ab iis, quos caupo adhibet ad seruitium, non vero a seruis, quorum nomine tenetur actione noxali, l. 7. §. 3. b. neque etiam tenetur ob delicta a vectoribus vel viatoribus commissa, l. 6. §. 3. b. (2) vt *damnum* in ipsa naui vel caupona fuerit datum l. 7. pr. b.

10. Concurrit hæc actio cum ordinariis actionibus ex delicto descendentes, contra ipsas personas delinquentes, electiue l. 3. §. fin. l. 6. §. fin. b. aliquando tamen hæc potest esse utilior, quia perpetua est, contra naturam actionum prætoriarum pœnaliu, l. 7. §. 6. b. Hahn. ad W. in fin. b. Hodie tamen non præci-

se ad duplum agi, sed ad pœnam arbitrariam existimat Struu. *b. tb. 116.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 7 8. l. & ita de facto, 3. §. 1. ult. l. Nauta, 5. l. licet gratis, 6. pr. §. 3. 4. l. Debet exercitor, 7. pr. §. 4. 6.



Lib. V. Tit. I. (III. 1. seqq.)

De iudiciis, & vbi quisque agere vel conueniri debeat.

1. **P**Lura hoc titulo pertractantur capita, quæ ordine recensentur a Schiltero *exerc. 13. §. 1.* Primario natura Iudiciorum expenditur. Est vero *Iudicium*, quatenus ambitu suo potestatem iudicariam continet, *actus forensis*, quo coram Iudice competente causa controversa disceptatio intra actorem & reum legitime peragitur, ut sententia lis finiatur & suum cuique tribuatur.

2. Quotuplex est actio, totuplex etiam Iudicium diuidi solet, sed de his *ad tit. de O. & A.* Propius huc spectat, quod Iudicium aliud sit *ordinarium*, aliud *summarium*, in illo pleno & solenni processu causa ventilatur, & in dubio præsumitur. *Meu. 1. D. 171.* In hoc vero de simplici & plano proceditur, omisfis solenniibus. Causas huc pertinentes recenset Zanger.

ger. de except. p. 1. c. 2. Martini in comment. ad process. Saxon. n. 38. seqq. Caueas tamen, ne cum iudicio summano confundas *tumultuari-um*, vbi absque causæ cognitione omni proceditur, vti fuerunt occulta iudicia apud Westphalos, vid. Schöttel. de antiquis in Germania Iur. C. ult.

3. Alia iudicia porro sunt *realia*, alia sunt *personalia*. *Realia* iterum vel *petitoria* vel *possessoria*, quæ duo distinguuntur in eo, quod ibi actor se fundet in iure in re, hic vero in possessione: ibi petat declarationem iuris in re, hic vero experior ad defendendam, recuperandam vel adipiscendam possessionem. Dn. Stryk. introd. ad praxin forens. c. 1. §. 17. Hoc semper illi præferendum l. 24. de R.V.

4. Quatuor in primis hic consideranda veniunt. Primum caput est: *LEGITIMA PERTRAGATIO*, ne nullitas in processu lateat l. 4. C. de sentent. & interloc. l. 6. c. unde vi. Continet illa in se plures actus, a citatione vsque ad sententiam & executionem eius, & hodie quidem orditur a *citatione*, de qua supra: olim vero a *litis contestatione*, Schilter. cit. l. §. 3. Dn. Stryk. in V. M. b. t. §. 4. Hilliger. ad Donell. l. 24. c. 1.

5. *Litis contestatio*, ita dicta, quod testato olim fieret Hahn. ad W. b. n. 7. Huber. b. §. 21. Consistit in negotii principalis facta narratione, & ad eam data responsione facta a reo animo litem contestandi.

6. Est vel *affirmatiua* vel *negatiua*: hic dire-

Eto negatur intentio actoris, ibi intentionem quidem hactenus confitetur reus, sed per oppositam exceptionem rursus elidit, Hahn. *ad W. b. n. 7.* In affirmatiua ordinarie reus, in negatiua vero ordinarie actor probat.

7. Deinde alia *solemnis*, quæ in iudiciis ordinariis locum habet, & dicitur *die Antwort*: alia *minus solemnis* quæ in processibus summaris attenditur. Martini *in proc. Sax. tit. 16. n. 14.*

8. Sit vero L. C. (1) *specialis*; nam generalis per R. I. de anno 1654. §. 37. est prohibita. (2) *Categorica, clara & perspicua*. Hinc difficulter admittitur per verbum credo, nescio, dubito, multo minus: *Er stelle es dahin / siue es könne wol seyn.* Martini *c. l. n. 74.* (3) *Pertinens*, seu vt reus tantum ad illa respondeat capita, quæ statum & neruum attingunt: irrelevantia autem prætereant. Carpz. *P. 1. C. 10. d. 21.* Brunne-
mann. *in process. civil. c. 14. n. 11.* (4) *Eo animo responsio rei proferatur, vt lis contestetur*, Protestatio tamen de lite non contestanda non attenditur, si factò sit contraria Meu. 2. *D. 335.* Gail. 1. *Obs. 73. n. 6.*

9. Præcise necessaria est litis contestatio in omni processu, Vmm, *ad process. disput. 12. n. 19.* Blum. *in process. camer. t. 71. n. 13. & 14.* Martini *c. l. n. 36. seqq.* In criminalibus vero responsio inquisiti ad articulos litis contestationem constituit, Dn. Born. *ad uniu. ius. disp. 1. sb. 47. lit. a.* & in processu executiuo iurata diffessio. Dn. Born. *c. l. Coler. de proc. execut. p. 3. c. 1. n. 97.* Runnem, *c. l. n. 3.*

10. Effect⁹ eius sunt : (1) inducit fictam malā fidem *l. 25. §. 7. de petit. hered.* (2) mutationem libelli impedit, *Gail. l. O. 74. n. 4.* (3) Procuratorem constituit Dominum litis, *l. 22. C. de procurat.* (4) facit actiones ad heredes transitorias *l. 164. de R. I.* (5) reum in mora constituit, *l. 22. de R. C.* (6) excludit exceptiones dilatorias, *l. pen. & ult. C. de except.* (7) Actionem personalem facit litigiosam. *autb. litigiosa C. de litig. &c.*

11. Alterum est : LEGITIMA IUDICIS PERSONA, *coram quo processus peragitur.* Quo hodie spectant personæ publica auctoritate constitutæ, iuris dicendi gratia. Hinc non amplius licitum esse, per vim & propria auctoritate aliquid agere, *l. 176. §. 1. de regul. iur. l. 13. quod met. caus. Hilliger. ad Donell. l. 17. c. 2. nisi cesset,* Iudex vel *continue vel momentanee,* *Grotius de iur. b. & p. l. 1. c. 3. §. 2. Huber. b. §. 2.*

12. In omni Iudice requiritur (1) *habilitas.* Inhabilitas vero est vel *naturalis,* *l. 12. §. 2. b. vel civilis,* & hæc vel *absoluta,* vel *secundum quid.* Cæcus tamen non prohibetur *l. 6. b.* quod de iudice pedaneo verum est, sed vix de ordinario Magistratu, *l. 1. §. 5. de postul. olim & feminæ inhabiles erant, l. 12. §. 2. b.* quæ tamen hodie propter iurisdictionem patrimonialem non amplius arcentur *Dn Stryk. in V. M. b. 9.* Inhabilis porro est respectu ætatis, minor annis 18. *l. 57. de re iudicat. Huber. b. §. 6.* quæ lex rursus de iudice pedaneo loquitur. *conf. c. 41. de offic. & potest. Iudic. deleg. Secundum quid Iudices*

dicēs inhabiles sunt, in propria causa, t. t. C. *ne quis in sua caus. iudic. l. 10. de iurisd.* quamvis filius vel pater iudex pedaneus esse poterat, in causa patris vel filii. Huber. *h. §. 7. 8.*

13. (II) *Integritas*, vnde passim iudici prædicatum *Viri boni* adscribitur, *l. 137. §. 2. de O. & A. l. 4. §. 1. famil. berc. l. 18. iud. solu. art. 1. const. crim. Carol.* Vnde litigantibus permissum, Iudices *suspectos* recusare *l. 16. C. b.* Quo ipso ei nulla infertur iniuria. Mev. *1. D. 51.*

14. Recusari potest quilibet Iudex, difficilius integrum collegium, Gail. *l. O. 33.* Strauch. *dissert. iur. publ. 13.* Dn. Stryk. *V. M. b. §. 11. 12.* causæ esse possunt variæ: nam in genere quæ testem suspectum faciunt, illa etiam multo magis Iudicem, quippe qui plus grauare potest: cognitio vero vtrum Iudex sit suspectus, vel coram arbitris expeditur, vel ad superiorem deuoluitur, Gail. *lib. 1. O. 33. n. 11.* vel quod commodius est, committitur negotium *iuramento perborrescentia*, vbi causa suspitionis specialiter nequidem alleganda, multo minus probanda, Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. 9. §. 15. seqq.*

15. (III) *Competentia*, quæ duplex, tum respectu *iurisdictionis*, vt illam speciem iurisdictionis habeat, ad quam causa controuersa spectat, tum respectu *rei*, ex cuius persona ordinarie competentia iudicis æstimatur, Dn. Coccei. *diss. de fundata in territor. & plur. loc. concurr. potest. tit. 4. §. 1.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 7. in f.*

16. Forum competens *intuitu rei* est vel *commune*, vel *privilegiatum*. Commune rursus est vel *generale*, vti est originis & domicilii, vel *speciale*, vti contractus, rei sitæ, delicti, continentix causæ &c.

17. Forum *originis* olim erat vel *commune*, vel *speciale*. *Illud* erat Roma *l. 24. b. l. 33. ad munic.* quod inepte hodie ad iudicia suprema applicatur propter ius primæ instantiæ. *Hoc* vero dicitur, vbi quis est oriundus respectu patris, non semper, vbi quis natus est *l. 6. §. 1. ad municip.* Felic. de Oliua *de foro Eccl. p. 3. qu. 21. n. 4.* Filii illegitimi sequuntur originem matris *l. 32. eod.* & aliquando ex privilegio legitimi *l. 1. §. 2. eod.* Et quia est naturale, hinc est immutabile *l. 6. pr. eod.* Dn. Thomaf. *Diff. de Vagab. c. 2. §. 62.* Vnde etiam illud retinet vagaband^o. Sed hodie forum hoc, si alibi quis constituit domicilium, non attenditur: quoties tamen de alibi constituto domicilio non constat, præsumitur in origine forum retinuisse Dn. Schilter. *Ex. 13. §. 22.* Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 17.* licet quis forsitan militiæ gratia in locis peregrinis longo tempore verisatus fuerit *Meu. 3. D. 71. & 5. D. 163.* Hillig. *ad Don. l. 17. c. 12. lit. b.*

18. *Forum Domicilii* æstimatur ex eo vbi quis habitat, ea mente, vt perpetuo ibi consistere velit *l. 56. b. l. 190. l. 203. d. V. S. l. 7. C. d. incol.*

19. Duo itaque copulatiue hic requiruntur (I) *Habitatio*, adeo vt si quis in duobus locis æ-

qualiter instructus fit, vt ibi habitet, vtroque domicilio habeat *l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ad Munic.* Exinde quoque quis Parochianus æstimatur, adeo vt aliquando hoc solum requisitum sufficiat. vid. *ius Paroch. nostr. §. 3. c. 2. pertot. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 11.*

20, (II) *Animus sedem fixam ibi, vbi habitat, habendi*, qui inducitur, vel ex declaratione expressa, vel ex coniecturis vrgentissimis: quales sunt, si quis maiorem partem bonorum alicubi transtulerit *l. 2. C. vbi senat. l. 27. §. 1. ad munic.* vel diu in aliquo loco versatus sit *cit. l. 2.* nisi alix adsint circumstantiæ, vt si ex necessitate belli, vel pestis, vel religionis alibi quis commoretur *l. 17. §. 13. ad municip.* vel si aliud appareat ex singulari personæ conditione. Struu. *Ex. g. tb. 25. Mev. 5. D. 162.*

21. Constituunt sibi domicilium, qui talem animum habere possunt, qui deest in infantibus & furiosis, vnde retinent domicilium patris, cum facilius conseruetur, quam de nouo constituatur. Quin etiam aliquando domicilium quis ex necessitate sibi constituere debet, veluti vxor, quæ nubendo marito transit in domicilium mariti *l. f. §. 3. ad munic.* vnde & dotem licet alibi promissam in hoc foro repetit. *l. 65. ff. de iudic.* Dn. Coccei. *de fund. in terris. potest. tit. 4. §. 15.* Dn. Thomaf. *Diss. Lips. 2. de Vagab. c. 2. §. 26. seqq.*

22. Amittitur domicilium (1) *mutatione*, quæ itidem animo & factò contingit *l. 31. ad munic.*
 sed

sed non præsumitur, nisi ex coniecturis vrgentibus probetur Struu. *c. l. §. 32. seqq.* Interim hæc mutatio libera est *l. 31. cit.* nisi malitiose fiat, conf. Dn. de Rhetz. *in iure publ. lib. 2. t. 14. §. 6. inf.* Dn. Stryk. *de resig. iur. ciuit. c. 2.* quanquam mutantes certa onera subire debeant. *Id. cit. l. c. 5.*

23. Deinde (2) morte quoque perit, nec transitorium hoc forum est in heredes. Lite tamen semel cœpta, defendendus est ibi reus, vbi defunctus debuit *l. 39. pr. l. 34. ff. b. &* sic non tam forum quam instantia in heredem transit Dn. Thomaf. *c. l. c. 1. §. 70.*

24. Hoc forum concurrit cum reliquis specialibus, etiamsi agatur de re alibi sita. Dn. Coccei. *c. l. §. 5.* vbi §. 7. eleganter explicat *l. 38. b.* conf. Huber. *b. §. 49. seqq.* Ceterum si de nudo facto, immissione &c. agatur, tunc per naturam illa alibi fieri nequit, quam vbi res est *l. vn. C. vbi de moment. poss.* *Id. cit. l. §. 4.* Excipiunt quoque casum *gestæ administrationis*, quod actio tantum in loco, vbi administratio gesta, non domicilii institui possit *l. 2. C. vbi de ratiocin.* sed vid. Dn. Cocc. *c. l. §. 8.*

25. Qui domicilio caret, *vagabundus* dicitur. *l. 27. §. 2. ad munic. l. 4. §. 5. ff. de damn. inf.* Dn. Thomaf. *c. l. c. 2. §. 124.* quamuis forum originis retineat: quod tamen tantum intelligendum de iis, qui priuatiue domicilium non habent, habere tamen possunt. Ergo serui deportati & in metallum condemnati non pos-

funt dici vagabundi. Dn. Thomas. *disp. Lips. c. l. c. 2. §. 107.*

26. Forum contractus est locus, vbi quis contraxit, *l. 2. §. 4. l. 19. §. 1. l. 36. §. ult. b. adeo vt domum reuocandi exceptio cesset. l. 2. §. 4. b.* Contraxisse autem ibi quis videtur (1) *vbi solutio facienda l. 21. de Obl. & A. C. I. A. b. n. 231.* (2) *in quo ad plenam perfectionem contractus peruenit, veluti, si in scriptis factus, vbi scriptura accessit l. 17. C. de fid. instrum. C. I. A. b. §. 221. & vbi literæ acceptæ, Berlich. dec. 37.* (3) *vt tamen etiam reus ibi inueniatur, & aliquandiu subsistat. Franzk. b. n. 38. Huber. b. §. 54.* Aliud itaque est, si quis cum aduena contraxerit. *l. 19. §. 2. b. Meu. 2. D. 260. n. 3. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 21. Huber. cit. l. §. 55.* (4) *vt agatur ad implementum ipsius contractus.*

27. Forum delicti quis fortitur, vbi vel *inchoatum* est delictum vel *consummatum l. 1. C. vbi de crimin.* & sic præuentioni locus. Quod si vero delictum in duobus locis peragatur vno actu, ex persona delinquente æstimandus locus delicti. Dn. Coccei. *cit. l. §. 19.* Si in confinio delictum commissum, communem esse cognitionem volunt Id. *§. 20. Franzk. b. n. 41.* Quid vero dicendum, si alter delinquentem apprehenderit, annon hic potior erit propter forum deprehensionis? quod asserendum, puto propter *l. 1. cit. Huber. b. §. 58.* Ceterum in *via regia* commissum delictum subest cognitioni solius principis. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 13.*

28. Potest itaque etiam delinquens conveniri in loco, vbi *deprebenditur l. 1. C. vbi de crim.* quanquam vrgente iudice fori delicti comiffi remittendus fit de iure Ciu. a iudice deprehensionis *l. 7. §. 4. l. vlt. de Accuf. l. 3. de re mit. l. 28. §. pen. ff. de pœn. Nou. 134. c. 5.* Franzk. *b. n. 43. feqq.* Sed mutata hodie iurisdictionum facie remiffiones funt vrbanitatis, exceptis quibusdam cafibus, de quibus vid. Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 27.* Franzk. *b. n. 46.*

29. Forum *rei fita*, vbi in rem agitur, locum habet *l. f. C. vbi in rem l. 38. ff. b.* vbi fcilicet actio datur *contra poffefforem, qua talem*, fiue fingularem fiue vniuerfalem. Hahn. *ad W. b. n. 16.* Hillig. *ad Donell. l. 17. c. 17. in f.* vid. tamen Dn. Coccei. *cit. l. §. 24.* Vnde & actiones in rem scriptæ hic institui poffunt *l. 38. in f. b.* etiamfi res fint mobiles ad tempus alicubi translatae Meu. *4. D. 74. & 6. D. 347.* conf. Dn. Berger. *in Refol. LL. obft. b. p. 122.* Id parum refert, vtrum reus abfens an præfens fit Meu. *6. D. 346.* Neque enim bona per fe inuoluunt, fubiectionem, nifi vbi Landfaffiatus receptus. Schilt. *diff. de Landfaffiis.*

30. In rebus tamen tranfeuntibus hoc forum ceffat, quamuis per arrestum detineri poffint, cum principi ius in illa bona competat, quamdiu in territorio funt. Dn. Cocc. *cit. l. tit. 2. §. 8. & 14.* De arresti legitimis requisitis vid. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 14.*

31. De fóro *continentia causarum* agetur in-
fra tit. in quibus reb. ad eund. iud.

32. Forum *priuilegiatum* est vel *ratione causa-
rum*, vel *personarum*. Ratione *causarum* huc
pertinent causæ *ecclesiastica*, quales sunt matri-
moniales, decimarum, Parochiales, ius Patro-
natus concernentes, modo agatur de ipso iure:
secus si tantum de possessione, vid. *Ius Paroch.*
S. 3. c. 1. §. 42. Item *feudales, status, fiscales*, que
peculiare forum habent. Imo & hodie prin-
ceps pro lubitu certis causis *peculiariora* fora af-
signare potest, veluti causis mercatorum, cam-
biorum, metallorum, salinarum, &c.

33. Ratione *personarum priuilegiatum* fó-
rum fortiuntur (I) *Miserabiles persone*, quales
sunt, orbatu parentibus, viduæ, diuturno mor-
bo defatigati, alii que fortunæ iniuriæ mise-
rabiles, *l. vn. C. quand. Imp. inter pup.* non vero
virgines qua tales, & prodigi. Huber. *b. §. 60.*
Hæ personæ & agentes & conuenti possunt,
statim prouocare ad Imperatorem, vel hodie in
statuum territoriis ad ipsum principem, nisi æ-
que miserabilis persona concurrat. Id. *§. 65.*

34. (II) *Milites*, qui coram magistratu mili-
tatum tantum conueniuntur *l. 6. C. de Iurisd. omn.*
iud. quod etiam in militaribus delictis verum
est *l. 9. de custod. reor. l. 3. de re milit.* sed in delictis
comunibus comuni vtuntur foro. Hub. *b. §. 67.*

35. (III) *Ciues Academici* cum vniuersa fami-
lia coram magistratu Academico conuenien-
di *autb. habita C. ne filius pro patre* ibique Rich-
ter.

tes in *Comment.* Huber. *b. §. 68. seqq.* non tantum in ciuilibus, sed in quibusdam etiam, ut etiam in hac Regia Fridericiana, in Criminalibus: Competit vero Magistratui huic prater Iurisdictionem etiam quaedam *Censura morum* in studiosos, quin etiam causae plerumque studiosorum *summarie* pertractantur. Huic foro studiosos renunciare posse arbitratur, Huber. *b. §. 71.* quod vel indubium, quia magis vniuersitati & ordini studiosorum, quam singulis datum, eodem modo, quo Clerici non possunt foro suo renunciare.

36. (IV) Clerici coram consistoriis conueniendi. *c. 6. X. de for. comp.* tum ciuilibus tum criminalibus *ausb. statuimus C. de Episc. & Cler.* nisi ratione rei moueatur questio *c. 6. cit. c. 5. eod.* ibique Ziegl. *in pralect. publ. conf.* Id. *ad Encoll. lib. 1. t. 2. §. 3.* Sed hoc forum Ecclesiasticum itidem a politica principis potestate, dependet Ziegl. *in pral. ad Decret. ad Rubr. huius sit. p. 17. seqq.*

37. (V) *Ministri Principis* cum tota familia, conueniuntur coram principe. Dn. Stryk. *diff. de foro ministr. princ. c. 2.*

38. Tertium caput est (III) LEGITIMA LITIGANTIVM PERSONA: actor scil. & reus. Is dicitur, qui persequitur in iudicio, quod sibi debetur. Hic vero, qui se defendit contra persecutionem actoris, eiusque intentionem elidit. Vtrique accedit aliquando tertius *inserueniens*, qui vel actoris vices simul sustinet, vel

vel reo conuento accedens actori sese opponit. C. I. A. b. n. 82.

39. In utroque requiritur, (1) *ut habeant legitimum personam standi in iudicio*, vid. l. 6. C. de postul. l. 1. C. de offic. ciuil. iud. Nam actoris partes sustinere nequeunt (a) *serui* l. 3. §. 8. de pecul. l. 32. de R. I. (β) *excommunicati* c. 7. X. b. ex vitio Hierarchiæ papalis. (γ) *Maiores magistratus* durante officio l. 48. b. quod ad hodiernos male applicatur (δ) *Minores & pupilli* l. 1. §. ult. C. qui legit. pers. sententia tamen pro minore lata valet, modo ab initio non fuit obiecta exceptio ætatis. l. 14. C. de procur. (ε) *Prodigii* (ζ) *filiifamil.* quoad peculium aduentitium extraordinarium agere debet consentiente patre, l. ult. in f. pr. de bon. qua lib. in ordinario pater ipse agit consentiente filio c. 1. ult. Struu. Ex. 9. tb. 6. Hilliger. ad Donell. l. 17. cap. 4.

40. (II) *Ut nemo inuitus ad agendum compellatur*. l. vn. C. ut nem. inuit. ag. l. 4. §. 1. ff. de alien. iud. nisi forsitan alterius interfit alterum agere; tunc enim vel ad cedendum vel ad agendum quis cogi potest, l. 8. in fm. de option. legat. l. 2. §. penult. & ult. ad l. Rhod. de iact. l. 13. §. 30. de action. empt. vend.

41. Quin etiam aliquando quis prouocari potest ad agendum per remedia, ex l. diffamari 5. C. de ingen. manumis. & l. si contendat 28. de fideiuss. Ut vero provocatio ex l. diffamari locum habeat, requiritur *precedens diffamatio alterius*,

terius, quæ summarie docenda, & diffamans citandus Mynsing. 5. O. 81. n. 5. & 6. Gail. 1. O. 10. n. 7. ad iudicem diffamantis, Meus. 3. D. 213. qua demonstrata, Iudex diffamantem prouocat ad agendum sub pœna perpetui silentii: quæ pœna tamen non habet effectum, nisi per sententiam fuerit imposita. Carpz. part. 3. dec. 213. n. 20. & seqq. Comparente diffamante, ordinarius processus, si modo causa sit ordinaria, peragitur, & sic diffamanti probatio iungitur, Meus. 7. D. 123.

42. Alterum remedium ex *l. si contendat*, tunc datur, si quis viderit inutilem sibi futuram exceptionem, quæ in præsens est utilissima. Dn. Stryk. *introd. ad prax. foren. c. 5. §. 3.* Fatetur itaque hic prouocans quodammodo ius creditoris; hinc non iurat de calumnia, neque cautionem præstat pro reconuentione, Brunnem. *ad l. 28. ff. de fideiuss. n. 12. 13.* Ille autem demum prouocari potest ad agendum, qui facultatem præsentem agendi habet, & tamen per dolum cessat, vnde creditor conditionalis, vel cui in diem debetur, prouocari nequit, Carpz. *in process. tit. 20. art. 4. n. 9.* Peragitur hoc remedium per *implorationem officii iudicis*, & eodem modo proceditur, vti in remedio ex *l. diffamari*.

43. Qui agere nequeunt, ordinarie quoque non possunt partes rei sustinere, exceptis excommunicatis; ne alias beneficio afficiantur, *l. 7. X. hoc tit.* Alius tamen pro alio conueniri

teniri non debet, *t. t. ne uxor pro marito. t. t. C. ne filius pro patre*. Nisi aliquando per indirectum ob ius repressaliorum, de quarum requisitis vid. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 6.*

44. Quartum caput huius materię considerat CAUSAS PERAGENDAS, quę sunt varii generis, prout ipsa actio varia est; Interest vero, ut *iusto ordine* proponantur, Meu. 7. D. 379. Fundatur autem ordo imprimis hęc, regulis (1) *pracognoscenda esse illa, siue quibus cetera intelligi nequeunt, uti sunt præiudiciales* Dn. Hert. *de ord. caus. in iud. tract. §. 2. & 4. seqq.* (2) *in illis, quę diuersi sunt gradus, præponendum est præstantius*. Hinc criminalis præ civili terminanda *l. 5. §. I. ad L. Iul. de vi publ. l. 33. C. ad L. Iul. de adult. l. 20. C. ad L. Cornel. de fals. Dn. Hert. c. l. §. 13. seqq.* Sic & causę fiscales præcognoscendę *l. 35. de iure fisci.* (3) *Communia primum tradenda, deinde specialia*. Dn. Hert. *c. l. §. 2.* Hinc causę possessionum, ante controuersiam de proprietate sunt finiendę, *l. 35. de A. vel A. P. l. 13. C. de R. V.* nisi in petitorio res sit aperta. Meu. 6. D. 100.

TEXT. NOTAB.

L. consensisse. 2. pr. §. 3. 4. l. non videtur. 3. l. lis nulla. 4. l. cæcus. 6. l. si quis. 7. l. cum prætor. 12. l. in tribus. 13. l. Heres. 19. pr. l. 20. l. si debitori. 21. seqq. l. legationis tempore. 25. l. 28. in f. l. vbi acceptum. 30. l. Non videtur. 33. l. non quicquid. 40. l. in omnibus. 41. l. venditor. 49. l. si fideicommissum. 50. pr. §. 2. l. per minorem. 54. l. tam ex contractibus. 57. l. iudicium. 58. l. mortuo iudice. 60. l. inter litigantes. 62. l. exigere. 65. l. si quis intentione.

66. l. ad peremptorium. 68. seqq. l. proponebatur. 76. seqq. l. qui neque. 81.

Ex Codice l. quoties. 3. l. a iudice. 5. l. placuit. 8. l. iudices. 9. l. Nulli. 10. l. properandum. 13. pr. §. 1. 4. l. Rem non novam. 14. pr. §. 1. l. fancimus. 15. l. apertissimi. 16. l. cum specialis. 18. *de indic.* l. vn. *ne quis in sua*. l. in rebus. 2. *quod legit. person.* l. vn. *Et nemo inuit.* l. adite. 1. l. si quaestio. 2. l. cum civili. 3. l. vlt. *de ordin. iud.* l. 1. *de lit. cont.*

Tit. II. (III. 28.)

De inofficioso Testamento.

1. **T**estamentum inofficiosum dicitur, cum is, cui debetur, legitima ab illa in totum per exheredationem est inique exclusus. Hoc nomine datur exclusis querela inofficiosi testamenti, quæ est species petitionis hereditatis, qua rite quidem sed inique exheredati petunt contra heredem institutum, ut testamentum rescindatur, & sic hereditas ab herede scripto secundum inventarium restituatur.

2. Ut huic remedio sit locus, requiritur (I) ut conquerentibus debeat legitima, quæ est certa portio hereditatis liberis, parentibus, & certo casu fratribus relinquenda ex necessitate legis civilis.

3. Relinquenda itaque est legitima, (a) descendens, l. 7. de bon. damn. indistincte §. 5. l. de exhered. liber. Spuriis tamen non debetur, nisi a matre: incestuosus vero & adulterinus plane non. *Ausb. ex complexu C. de natural. lib.*

M

4. His

4. His non existentibus relinquenda *Parentibus l. 15. pr. b. l. 9. §. 1. de reb. dub.* Salua tamen gradus prærogatiua: & denique *fratribus Germanis & consanguineis*, quando turpes personæ iis prælatæ sunt, *l. 27. C. b.* non vero veterinis aut fratribus adscititiis.

5. Relinquatur (β) *in debita quantitate*, quæ olim erat quarta, *§. fin. instit. b.* Sed per *N. 18. c. 1. triens* est, si quatuor aut pauciores adfunt liberi, *semis* vero, si quinque aut plures. Neque tantum liberorum, sed etiam parentum & fratrum legitima auæta, *Merlinus de legitima lib. 1. tr. 2. qu. 12. n. 13.* *Franzk. b. §. 32.* *Dn. Stryk. in V. M. b. §. 16.* Vnde non tenentur liberi stare taxationi parentum *Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 26.*

6. Æquum vero est, vt liberi exheredati computentur *Struu. 10. tb. 32.* *Dn. Schilt. ex. 14. tb. 81.* quamuis de stricto iure aliud dicendum videatur. *Id. cit. loc. §. 80.* idem dicendum de liberis separatis *Dn. Io. Sam. Stryk. de iur. sing. fem. Hamburg. c. 2. §. 16.* Vel qui alias repudiarunt, aut renunciarunt hereditati, *Gail. 2. Obs. 122. n. 17.* Nepotes hic repræsentant Parentem suum, *Hilliger. ad Donell. lib. 19. cap. 4. lit. 2.*

7. Relinquatur (γ) *titulo institutionis honorabili*, *Nou. 115. cap. 3. pr. cap. 4. pr.* *Meu. 4. D. 14.* qui simul utilis est, ob ius accrescendi, *Dn. Stryk. de caut. Testam. c. 17. membr. 1. §. 27.* quod etiam in testamentis priuilegiatis verum est, *Id.*

Id. cit. §. 28. *seqq.* In fratribus vero adhuc ius antiquum obtinet. Id. c. l. §. 35.

8. Relinquatur (d) *post mortem*: vnde & quantitas computatur secundum tempus mortis l. 6. C. b. Viuentis itaque nulla est legitima, nisi certis in casibus, quos examinatur speciali dissertatione Dn. Thomaf. de legit viuent.

9. Relinquatur (e) *ex re ipsius defuncti* l. 8. §. 9. b. & integra substantia, non vero fructibus l. 36. C. b. nec iis quæ proprio iure & aliunde ad liberos spectant, cit. l. 36. pr. Hillig. ad Donell. b. lit. n. n. *seqq.* veluti feudo, nisi filiabus in subsidium. Dn. Schilt. ex. 14. rh. 67.

10. Relinquatur (f) *absque ullo grauamine* l. 32. C. b. Meü. 4. D. 15. adeo vt ne quidem quoad vsum fructum grauari possit, Dn. Stryk. cit. l. m. 2. §. 8. nisi exhereditatio facta *bona mente*, Id. c. l. m. 3. §. 3. Non vero censetur grauata, per *cautelam Socini*, de qua plenius Id. c. l. §. 15. conf. Franzk. b. n. 51. *seqq.*

11. Deinde (II) requiritur *vt conquerentes dicto modo legitimam plane non habeant*. In minima enim parte legitimæ instituti actionem, ad Supplementum instituunt, l. 30. & 36. C. b. quæ durat 30. annos Brunnem. ad c. l. 34. n. 4. & adhuc locum habet, etiamsi filius agnouerit voluntatem, imo ad heredes quoque transmittitur. l. 35. §. 2. b.

12. (III) *Vt rite quidem secundum omnia requisita exhereditatio sit facta, sed tamen inique*, h. e.

causa fit falsa, vel probari non possit. Vnde, *exheredatio bona mente facta huc non pertinet l. 18. de liber. & postb.* Casus huc pertinentes habet Huber. *b. §. 19.* Quod si vero in modo exheredandi de nouo præscripto *in N. 115.* & *infra tit. de liber. & postb. hered. instit.* explicando peccatum, testamentum est ipso iure nullum, & sic querela nullitatis obtinet, Dn. Stryk. *de cautel. Testam. c. 19. §. 44.*

13. In effectu hoc interest, (1) quod querela nullitatis duret ad 30. annos, querela autem inofficiosi ad quinquennium computandum ab adita hereditate *l. pen. C. b. l. 8. §. 10. b.* (2) nullitatis remedium in heredes transeat, sed querela inofficiosi non aliter nisi *preparata l. 7. ff. l. 34. l. pen. C. b.* excepto casu *in l. 34. C. b.* Donell. *lib. 19. c. 6. l. 1.* (3) per remedium nullitatis institutum non amittatur legatum licet non obtinuerit, *l. 24. de his qua ut indign.* aliud in querela inofficiosi *l. 8. §. meminisse 14. b.*

14. (IV) *Vt testamentum, in quo exheredatio facta, sit paganum,* milites enim liberos prætere possunt, scientes se liberos habere. *§. 6. l. de exhered. lib. l. 9. C. de test. milit.* Hillig. *ad Don. lib. 19. c. 5. lit. a. b.* Idem dicendum, si filiusfamilias de castrensi & quasi castrensi peculio testamentum condiderit *l. f. C. b.* vid. tamen Hahn. *ad W. b. n. 9.* Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 14.*

15. (V) *Vt exheredatus voluntatem defuncti non agnouerit, l. 23. §. 1. l. penult. §. 3. b.* Pactum tamen

tamen filii cum patre de non mouendo querelam in initum nullius est momenti *l. 35. §. 1. C. b.* quamuis pater sibi præiudicare possit *l. 29. C. de pact. conf. Huber. b. §. 17.*

16. Ita qualificata exheredatio operatur *querelam inofficiosi*, quæ datur iis, qui inique exclusi sunt a legitima secundum ordinem successionis ab intestato, excepto illo casu, quod cum Parentibus fratres querelam non habeant: licet simul succedant Hillig. *ad Don. l. 19. c. 7. lit. a.* Si priores deficiant vel nolint, sequentes suo ordine & gradu admittuntur. *Id. c. 1. lit. b. l. 14. b.* & si ex pluribus vnus repudiat querelam, pars eius reliquis querelam mouentibus & obtinentibus accrescit, *l. 23. §. ult. b. l. 17. pr. b.* Struu. *ex. 10. tb. 26.* nisi repudians iuste exheredatus fuerit, *Idem tb. 27.* Hilliger. *ad Don. l. 19. c. 9.*

17. Mouetur contra *heredem scriptum*, per quem in exheredatione laesus, quales sunt extranei, *l. 19. b.* quo casu euenire potest, vt successio fiat pro parte testata & intestata. Requiritur tamen, vt hereditatem scriptus heres adierit, *l. 8. §. 10. b.*

18. Finis querelæ duplex est (1) *vt testamentum, quatenus inofficiosum est, rescindatur*, hinc tantum rescinditur iure nouo quoad heredis institutionem *N. 15. c. 3. in fin.* reliquis capitulis saluis. Idem dicendum si ex capite *praeseritionis* testamentum annulletur, *auth. ex causa. C. de liber. prateris.* in fratrum querela vero

adhuc obtinet, ius antiquum, & sic totum testamentum eueritur. cum ad fratres non pertineat, *N. 115. Struu. cit. l. §. 18.*

19. (2) *Vt hereditas rescisso testamento ab intestato obtineatur l. 19. b.* Hinc volunt, victoriam obtentam quoque prodesse aliis, qui alias ab intestato succedunt, licet querelam non habeant, *Donell, c. l. c. 10. lit. c. d.* ibique Hilliger. *Dn. Stryk. de iur. fratr. c. 5. n. 12. & in not. ad Lauterb. b. pag. 200. & seqq.* *Dn. Thomaf. ad Hub. b. §. II. diff. Struu. cit. l. 16. 25. Hub. b. §. 9. seqq.* quin adhuc alii dubitant vtrum post *N. 115.* adhuc possit res reduci ad causam intestati, cum totum non eueratur testamentum, vti iure veteri.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Hoc colore. 2. l. non est. 4. l. posthumus. 6. pr. §. vlt. l. quemadmodum. 7. l. papinianus. 8. pr. §. 4. 5. 7. 9. 10. 14. 15. 16. vlt. l. si pars. 10. §. 1. l. nam & si parentibus. 15. pr. l. qui repudiantis. 17. l. cum qui. 21. §. 1. l. circa inofficium. 24. l. si instituta. 27. §. 3. l. cum mater. 28. l. si suspecta. 29. l. si is. 31. §. 1. 3. f. l. si exheredatus. vlt.

Ex Codice. l. quamuis. 2. l. si pater tuus. 5. l. cum quaeritur. 6. auth. nouissima. l. parentibus. 8. l. de inofficioso. 9. sq. l. in arenam. 11. l. cum. 14. l. si filiam. 19. auth. sed si. l. testamentum militis. 24. l. fratres. 27. l. omnimodo. 30. pr. l. quoniam. 32. l. si quis. 34. l. si quando. 35. §. 1. 2. l. scimus. 36. l. vlt.

Tit. III. (III. 31.)

De hereditatis petitione.

1. **E**X iure succedendi in hereditatem alterius quomodocunque competente
datur

datur hereditatis petitio, quæ est actio uniuersalis, competens heredi uero aduersus eum, qui pro herede vel possessore possidet, ad hoc ut declaretur heres & reus hereditatem secundum inuentarium restituat cum omni causa & præstationibus personalibus. l. 25. §. 18. b.

2. Necessariæ partes huius actionis sunt (I) *quod probanda sit mors* eius, de cuius successione quæritur, quæ probatur per testes, qui sepulturam viderunt, item per testimonium ducis militiæ, licet iniuratum Hahn. *ad W. b. n. 12.* imo aliquando per famam, Pacianus *de probat. l. 1. c. 49. n. 47.* modo probabilem habeat causam, Dn. Stryk. *de l. Sens. D. 3. c. 4. n. 24. seqq.* Dn. Schilt. *Ex. 15. §. 78.* imo aliquando probandum est; in casu plurium commorientium, quis præmortuus sit, ubi plerumque præsumtionibus iuris locus Dn. Stryk. *de S. A. l. diff. 10.* Conf. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 2.* Brunnem. *4. Dec. 29.* Schilt. *c. l. §. 71. seqq.*

3. (II) *Probandum est ius succedendi*, neque enim sufficit nuda assertio magistratus loci aditionis actorem heredem esse Meu. *5. dec. 358.* Sufficit tamen probasse, se hereditatem emisse, nam tunc datur utilis *l. 54. ff. b.* quia vicem heredis obtinet hereditatis emptor *l. 2. §. 18. de hered. vel act. vendit.*

4. (III) *Probandum est, res, quæ petuntur, esse hereditarias*, h. e. tempore mortis eas fuisse detentas, vel possessas quolibet modo a defuncto Vult. *in §. action. 28. l. de act. n. 73.* licet fue-

fuerint res minimæ *l. 10. pr. b.* adeoque huc referuntur, quæ ad periculum defuncti spectarunt *l. 19. pr. b.* quæ hereditati, quæ defuncti vicem tenet, acquisitæ sunt, *l. 20. §. 3. l. 32. b.* pretium redactum ex re hereditaria, *l. 16. §. 1. l. 20. §. 17. b.* & quæ alias hereditatis causa comparatæ sunt, *l. 20. pr.* quin & fructus hic augent hereditatem *l. 20. §. 3.* vt & iura *l. 18. §. vlt. b.* & actiones &c. conf. Hillig. *ad Donell. l. 19. c. 13.*

5. Sufficit autem hodie ab aduersario petere editionem inuentarii, si prius probatum fuerit ius hereditarium. *Meu. 2. D. 245. conf. Dn. Stryk. in V. M. §. 5. b.*

6. (IV.) A parte rei requiritur *vt hereditatem vel partem eius pro herede, vel pro possessore possideat, l. 9. seqq. b.* Habetur autem iuris interpretatione pro possessore, qui liti se obtulit, *l. 45. b. l. 13. §. 13. b.* ignorante actore *l. 26. de R. V.* item qui dolo desit possidere, *l. 13. §. 14. l. 25. §. 8. b.* quo ipso tamen non liberatur verus possessor, *l. 25. §. 10. b.* modo is, qui dolo desit, prius conueniatur. *l. 13. §. 14. b.*

7. *Pro herede vero possidet,* qui putat siue bona siue mala fide, se heredem esse, *l. 11. pr. b.* quo etiam hoc intuitu pertinet debitor hereditarius *l. 13. in fin. seqq. b.* quatenus nimirum se dicit heredem, *l. 42. b.* *Pro possessore vero possidere dicitur,* qui vel nullum vel iure reprobatum habet titulum, *l. 13. pr. §. 1. l. 11. §. 1. l. 17. b.* tempore *rei indicatæ, l. 18. §. 1. b.*

8. Non igitur contra *titulo singulari* possidentes datur. *l. 7. C. b.* Quamquam ex æquitate contra emptorem hereditatis, *l. 13. §. 4. b.* Hinc reus conuentus edere titulum suæ possessionis debet *l. 11. C. b.* conf. Franzk. *b. n. 13. 14.* Imo in praxi actorem vtramque actionem cumulare posse docet, Struu. *c. 4. §. 51.*

9. Hisce probatis restituenda est vero heredi hereditas, cui insunt *prestaciones personales* *l. 25. §. 18. b.* Circa quas multum interest, vtrum aduersarius bona an mala fide possideat. *B. F. possessor* res extantes & quantum ex consumtis locupletior factus restituit *l. 22. seqq. b.* & sic de re distracta, nisi quatenus locupletior factus, non tenetur, *l. 25. §. 11. l. 13. §. 4. l. 20. §. 17. l. 22. in fin. l. 28. b.* imo idem iuris est, etiam si dilapidauerit, vel alias culpa sua rem amiserit; cum rem suam neglexisse videatur. *l. 25. §. 11. l. 30. b.* Aliud est in *m. f. possessore*, pro quo etiam habetur quilibet *b. f. possessor*, post *L. C. l. 26. §. 11. l. 19. §. 2. l. 54. §. f. b.* qui simpliciter tenetur de rebus distractis *l. 20. §. 12. 16. 21. b.* & deperditis, præstito desuper ab actore iuramento in litem *l. 20. in f. b.* imo & de eo quod culpa in re hereditaria damnum dedit *l. 25. §. 2. b.* & denique omnes omnino fructus restituet etiam percipiendas *l. 20. §. 6. b.* non vero vsuras percipiendas *l. 20. §. 12. 14. b.* perceptas tamen restituit *l. 34. ff. de Vfur.* Hil- lig. *ad Donell. l. 19. c. 14.*

10. Eadem distinctio obtinet circa *prestationem casus fortuiti*. Nam B. F. possessor hunc non præstat, ne quidem post L. C. l. 40. b. vid. l. 15. ff. d. R. V. Quoad m. f. possessorem distinguendum inter *simplicem*, qui adhuc titulum habet l. 13. §. 8. b. & inter *prædonem*. Ille non præstat itidem casum l. 62. pr. d. R. V. l. 25. §. 2. l. 20. §. 6. l. 36. §. 6. b. bene tamen hic. l. 1. C. de his qua vi met. l. pen. de vi & vi arm. §. 26. l. de Per. diuis. vt tamen hic ratio æquitatis non videatur exclusâ Donell. cit. l. lit. f.

11. Quin etiam præstationibus personalibus inest *administratio hereditatis pendente lite*, quo nomine rationibus reddendis est obnoxius, qui pro herede possidet. Sic itaque ad æs alienum soluendum tenetur, & eo nomine alienare potest, maxime si res mora sint perituræ, l. 53. b. l. 5. pr. b. vt & actiones hereditarias mouere, de quibus periculum erit, ne inter moras intercidant. l. 49. b. & c. conf. Hillig. ad Donell. l. 19. c. 15.

12. Habenda quoque est ratio *impensarum*, in restitutione hereditatis. Et quidem *in fructus* factæ indistincte compensantur cum fructibus l. 36. §. fin. b. factas absque perceptione fructuum tantum bonæ fidei possessor recipit. l. 37. b. Circa impensas *in rem* factas distinguendum inter b. f. & m. f. possessorem: Ille necessarias & vtilis officio Iudicis deducit, etiamsi res non amplius existet: Hic vero non aliter, quam si res adhuc melior sit, l. 38. b.

voluptarias ille quoque deducit *l. 39. §. 1. b.* sed hic tantum tollit, quatenus sine detrimento ipsius rei fieri potest. *l. 39. in fin. b.*

TEXT. NOTAB.

l. si hereditatem. 4. l. Diuus Pius. 5. l. legitimam. 8. l. regulariter. 9 seqq. l. nec vllam. 13. §. 1. 4. 8 12. 13. 14. l. quod si in diem. 16. §. 1. l. & non tantum. 19. l. item veniunt. 20. pr. §. 3. 6. 11. 12. 14. 16 vlt. l. si & rem. 22. l. et si lege. 25. pr. §. 4. 6. 7. 8. 11. 15. 16. 18. seqq. l. Iulianus 30. l. si possessor. 31. §. 3. l. si a domino. 36. §. 4. 5. l. 37. l. plane in ceteris. 38. l. vtilis. 39. l. illud quoque. 40. pr. §. 1. l. si quo tempore. 41. l. postquam. 43. l. qui se liti. 45. l. si possessor. 52. l. cum hereditas. 56.

Ex Cod. l. 1. §. 1. l. si post moram. 2. l. hereditas. 3. in f. l. de hereditate. 5. l. hereditatis. 7. l. cogi. 11. l. cum hereditas. 12. pr.

Tit. IV.

Si pars hereditatis petatur.

1. **P**ROponitur hic actio ei, qui *pro parte* heres est, & eadem est hereditatis petitio, de qua *tit. anteced. actum, l. 10. §. 1. de hered. petit. l. 1. §. 1. l. 8. b.*

2. Petitur hac actione pars *certa* ab eo, qui petitori desuper controuersiam mouet, *l. 1. §. 2. b. aliquando etiam partis incertæ l. 2. §. 5. b. & quidem ad officium iudicis pertinet, partem hereditatis pro indiuiso restitui iubere, l. 7. b.*

3. In hoc differt ab actione *famil. Hercisc.* vbi alter alteri non amplius controuersiam hereditatis

ditatis facit, & agitur ad partem hereditatis pro diuiso restituendam *l. 2. §. 2. l. cit. 7. b.* in posthumo suo hoc singulare est, quod tres ei partes sint assignandæ, donec constet, quot nascantur *l. 3. & 4. b. l. 7. pr. de reb. dub. l. 28. in f. de iudic.* in posthumo vero extraneo obtinet decisio. *l. 1. in fin.*

Tit. V.

De possessoria hereditatis petitione.

EXtenfa postea hereditatis petitio ad heredem prætorium, seu qui bonorum possessionem a prætore accepit. Et quidem per hanc tantundem consequitur bonorum possessor, quantum heres ciuilib ordinaria hereditatis petitione consequi potest, *l. 2. b.*

Tit. VI.

De fideicommissaria hereditatis petitione.

I. **C**VM fideicommissarius vniuersalis in effectu heres sit, leges quoque ei assignarunt hereditatis petitionem, quæ rursus ab ordinaria actione non differt *l. 2. b.* Requiritur tamen, *ut fideicommissum sit restitutum verbis l. 37. ad Sc. Trebell.* non vero re ipsa. Datur

Datur contra eum, qui pro herede vel possessore possidet, sed non contra ipsum heredem l. 3. §. 1. b.

2. Eodem modo hodie, vbi *successio pactitia* est recepta, formant *hereditatis petitionem conventionalem*, veluti ex pactis successoris coniugum, Hahn. *de iur. rer. concl.* 72. n. II. Ex vniione prolium, Id. *concl.* 73. n. ult. Ex pactis confraternitatis Id. *concl.* 74. n. 15. Dn. Stryk. *d. S. A. I. diff.* 8. c. 5. §. 33. c. 6. §. 22. c. 7. §. 47. Tribuit enim conuentio talis ius reale hereditarium anomalum in alterius bonis, Idem. c. 5. §. 24.



Lib. VI. Tit. 1. (III. 32.)

De rei Vindicatione.

1. **R**es singulares petuntur *rei vindicatione*, l. 1. pr. b. de cuius processu solenni antiquo videatur Huber. b. §. 1. & lib. 1. digress. C. 4. n. 3. Hillig. *ad Don. libr.* 20. c. 1. lit. A. Schilt. ex. 16. §. 5. seqq.

2. Est vero rei vindicatio *actio in rem*, competens Domino aduersus possessorem rei corporalis singularem, qua petit, se Dominum eius declarari, eamque sibi a possessore cum omni causa restitui.

3. Requiritur hic autem (1) vt instituat^r a Domino l. 25. pr. de O. & A. l. 23. pr. l. 21. b. etiam si tantum

tantum sub certa qualitate talis fit, *l. 9. C. b. l. 1. si ager. vetig. l. 66. b.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. II.* modo (α) ipsum *exercitium Domini* habeat, unde dominium naturale seu quiescens non sufficit, *§. 29. I. de rer. diu.* (β) illud habeat, ad minimum *post litem contestatam* tempore probationis vel sententiæ, *l. 23. de iudic. c. 3. de sentent. & reiud. in 6.* Franzk. *b. n. 14.* Corn. van Eck. *b. §. 7.* vid. tamen Dn. Stryk. *in V. M. b. §. II.*

4. (II) *Debet actor dominium suum probare l. 24. b.* quod facit, si simul ostendit dominium Auctoris sui, *l. 20. de acquirend. rer. domin. vel prescriptionem.* Cum vero domini probatio plerumque difficilis sit, videndum est, (1) vtrum actor aliquo interdicto nancisci possit, possessionem. *l. 24. b.* Dn. Engelbr. *c. 1. §. 10.* (2) vtrumne possit Publiciana experiri. Hillig. *ad Don. l. 20. c. 2. in fin.*

5. (III.) *Vt instituat contra possidentem l. 36. pr. b.* vel in genere contra omnes, qui tenent & restituendi habent facultatem, *l. 9. b.* Hillig. *ad Donell. c. l. c. 3. lit. d. seqq.* Vt tamen nudi detentores liberentur ante litem contestatam, nominando suos autores; *l. 2. C. ubi in rem,* quod tamen ad eos, qui suo nomine possident, applicari nequit. Meu. *6. D. 375.* Sufficit autem possidere aduersarium *rei iudicate tempore. l. 27. §. 1. b.* habentur quoque in hoc iudicio singulari pro possessoribus, qui dolo defierunt possidere, vel liti se obtulerunt, vti in

in hereditatis petitione. *l. 25. seqq. l. 52. b.*

6. Manet tamen hæc differentia inter *verum & fictum* possessorem, quod contra eum qui dolo defuit possidere, iuretur in litem *l. 68. b.* modo actor id exigit, *l. 71. b.* contra heredes datur *actio in factum* per quam restituere coguntur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt, *l. 52. b.* Præstita vero hac æstimatione, dominium possessor acquirit *l. 46. b.*

7. Fluit exinde (α) hanc actionem contra heredes non dari, *qua tales, sed qua possessores l. 42. l. 51. & 52. l. 55. b.* Meu. 7. D. 404. (β) Si non constet, vtrum aduersarius possideat, probandam esse possessionem, quod olim fiebat actione ad exhibendum: qua possessione probata, in pœnam mendacii illa transfertur in actorem; *l. ult. b.* Hillig. *ad Donell. cit. l. lit. R.* quæ pœna merito hodie obseruari deberet, Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 6. & in disput. de process. abbreviand. per pœn. mend. §. 44. seqq.* (γ) posse vindicari a quolibet possessore, in quem res nostra, aliis commutato data, est translata, quamuis hic statuta variant, Dn. Stryk, *in V. M. b. §. 9. seqq.* Dn. Hert. *lib. 1. de paræm. iur. paræm. 18.* (δ) Non dari hanc actionem contra eum, qui non amplius possidet, sed bona fide rem alienavit, licet forsân pretium retineat, Equum tamen est, vt in tantum teneatur, in quantum locupletior factus, Grotius *l. 2. c. 10. §. 2.* Dn. Hert. *c. l. paræm. 17.* Struu. *ex. II. §. 13. pr.* Dn. Stryk. *de act. for. in vest. S. I. m. 2. §. 43. & 44.*

8. (IV) *Vt talis res vindicetur, in quam cadere potest dominium*, h. e. (α) *res corporalis* in commercio existens *l. 1. l. 23. §. 1. l. 56. b.* vnde etiam homines proprii in hanc actionem veniunt, *Meu. 3. D. 8. & 9.* & quæ sit (β) *certa*, vnde designanda est & describenda, *l. 6. b.* *Donell. lib. 2. c. 4. lit. R. seqq.* ibique *Hilliger.* Pro certa tamen & vna specie reputantur, quæ vno nomine collectiuo constant, vt *grex. l. 1. §. 3. l. 2. b.* modo non fit vniuersitas iuris, vt *peculium l. 56. b. conf. l. 30. d. Vfus.* *Donell. c. 1. lit. n. seqq.* ibique *Hillig.* Incertæ partis vindicatio admittitur, si tantum sit incertitudo respectu loci *l. 43. pr. de acquir. vel amitt. poss.*

9. Debet quoque (γ) *illa res adhuc existere apud possessorem*, nec sufficit, si pecunia nostra res aliqua comparata sit, *l. 23. & 32. de reb. cred. l. 21. C. de probat.* Exceptio est in pupillo & minore, cuius pecunia Tutor aliquid acquisiuit, *l. 2. quando ex facto tut.* quod etiam ad administratores bonorum Ecclesiasticorum extendendum vid. *diff. nost. de administ. bonor. Eccles. c. 2. §. 14.* idem in milite *l. 8. C. b.* Idem denique ad rem pecunia dotali emtam applicant *Dd. per l. 54. de iur. dot.* Sed hoc simpliciter admitti nequit propter *l. 12. C. eod. conf. Huber. b. §. 6.*

10. (V) *Vt res vindicetur cum omni causa*, *l. 20. b.* quo pertinent variæ accessiones, v. g. *alluuius l. 34. b.* Et quicquid alias rei nostræ tantquam

quam principali accessit, *s. s. l. & ff. de R. D. & A. R. D.* modo separari accessorium non possit, sic enim datur actio ad exhibendum.

11. Pertinent huc etiam *fructus*, circa quos distinguitur inter b. & m. f. possessores: illi vi bonæ fidei reuocabiliter acquirunt omnes fructus perceptos, naturales & industriales *l. 48. de A. R. D.* conf. Franzk. *b. n. 44.* pendentes tamen cum re ipsa restituuntur, *l. 44. b.* sicut & exstantes non vsucapti *l. 22. C. b.* Ex consumptis nihil restituitur, licet vel maxime inde locupletior factus sit b. f. possessor Hahn. *ad W. b. n. 7.* Franzk. *b. n. 63.* quamvis contraria sententia æquitate singulari nitatur, & merito in praxi attendenda Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 12.* Dn. Engelbr. *c. l. §. 15.* Ast m. f. possessor (pro quo etiam post L. C. ex interpretatione iuris habetur b. f. possessor *l. 45. b. l. 5. C. eod.*) de omnibus fructibus, etiam qui honeste percipi poterunt, tenetur, *l. 33. b.* qui æstimantur ex persona Domini *l. 62. in fin. b.* conf. Mev. *3. D. 373.*

12. Requiritur in super Dd. *ut fructus ante litem contestatam percepti in specie petantur*; alioquin iudicem ex officio de illis adiudicandis non esse debere sollicitum, *l. 25. §. 8. de Edict. edict.* Verum satis incongrue hæc lex de potestate iudicis pedanei loquens applicatur ad officium nostrorum magistratuum. Bachou. *ad W. b.* Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 15.* Gædd. *ad l. 27. de V. S.* conf. *l. 20. b. l. 38. & 75. de V. S.*

13. A fructibus deducuntur *impense* in illos factæ, l. 48. l. 65. b. sed non a furibus l. 27. §. 25. ad l. aquil. Ceteras impensas in rem factas necessarias & vtilis b. f. possessor deducit, imo quoad vtilis etiam hodie actionem habet. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 17. quomodo vero hæc æstimentur ostendit Meus. 2. D. 210. nisi vtilis nimis graues Domino inueniantur l. 38. b. Voluptuarias tantum tollit, quatenus sine rei corruptione fieri potest. Habet tamen Dominus *ius offerendi* tantum, quantum habiturus est possessor his rebus ablatis. c. l. 38. M. f. possessor necessarias quidem deducit l. 5. C. b. Sed vtilis tantum tollit, l. 37. in fin. b. quamuis m. f. possessori nullum titulum habenti non adeo succurrendum sit §. 30. in fin. l. de R. D. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 16.

14. Restituenda ita est res, vbi est, aut vbi agitur sumptibus petendis l. 10. & 11. 12. & quidem non deteriorata; alioquin iudex damnum æstimare debet, l. 13. b. Quod si restituere recuset, manu militari possessio aufertur, l. 68. b. conf. Huber. b. §. 13. dilatio tamen ex iusta causa aliquando conceditur, si reus neget in præsentem se posse rem restituere, §. 2. l. de offic. Iudic.

15. Neque potest restitutionem remorare, exceptione pretii prius soluendi a vindicante, l. 23. C. b. l. 2. de furt. Schilt. ex. 10. sb. 62. licet vel maxime reus se emisse dicat rem cum protectione. Id. cit. l. Brunnem. ad l. 34. §. 3. de con-

stab. E. V. nisi forsan aliter conseruari haud potuit. Dn. Schilt. *c. l. §. 63.*

16. Excludit tamen restitutionem *exceptio praescriptionis*, & quidem quamdiu durat ius in re, tam diu durat actio realis inde oriunda, Dn. Stryk. *de act. for. inuest. S. 3. m. 2. ax. 1.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. l. si in rem. 6. seqq. l. officium. 9. l. si res mobiles. 10. seqq. l. item si 15. §. 1. 3. l. praeterea. 20. l. in rem actio. 23. l. is qui destinavit. 24. l. is qui se obtulit. 25. l. si autem. 27. §. 1. l. nisi venalem. 29. l. ceterum. 31. l. fructus. 33. l. & ex diuerso. 35. §. 2. l. qui petitorio 36. pr. seqq. l. in fundo. 38. l. quis hac lege. 41. l. 44. l. cum autem. 52. l. habitator. 59. l. 61. l. si culpa. 63. l. non ideo. 66. l. qui restituere. 68. seqq. l. quae de tota. 76. l. in rem actionem. vlt.

Ex Codice. l. si inferiorem. 2. l. mater tua. 3. l. Domum. 5. l. si ex ea pecunia 6. l. si vt proponis. 8. l. doce ancillam. 9. l. ordinarie. 13. l. quotiens. 15. l. si fundum. 17. l. iudicia. 19. l. si mancipium. 23. l. res alienas. 28.

Tit. II.

De Publiciana in rem
actione.

1. **A**ctio publiciana est actio realis qua, b. f. possessor, qui iusto titulo & bona fide rem a non-Domino accepit, agit contra infirmiori iure possidentem, ad rem quasi usucaptam restituendam.

2. Requiritur itaq; hic (I) bona fides, quae quasi dominium seu putatiuum constituit, quod

fundabat prætor in ficta vfucapione, Hahn. *ad W. b. n. 2.* Et fufficit bonam fidem ab initio adesse, *l. 7. §. 11. & 14. b.* etiam de iure Canonico, Hillig. *ad Don. l. 20. c. 8. l. 7.* Dn. Stryk. *in V. M. §. 4.* Et quia bona fides etiam adesse potest in rebus incorporalibus, hinc ad illas quoque hæc actio spectat. *l. 11. §. 1. b.* hinc Domino qua tali hæc actio non datur, sed sub qualitate b. f. possessoris, Hillig. *ad Donell. l. 20. c. 8. lit. S.* imo solet hodie rei vindicatio cum Publiciana cumulari, Struu. *ex. 11. tb. 44.* Et plerumque vbi dominium alias probandum, fufficit probasse b. f. possessionem, vt in Seruiana actione.

3. (II) *Iustus titulus* seu Dominiu acquisitiuus *l. 13. pr. b.* vnde non datur, qui rem tenet ex causa pignoris & precarii, *l. 13. §. 1. b.* Putatiuus tamen titulus, si iusto errore nitatur, non excludit hanc actionem *l. 7. §. 2. b.*

4. (III) Vt *traditio accesserit*, nam ante traditionem publiciana non datur, *l. 7. §. 16. b.* nisi ex talibus titulis quis rem consecutus fit, vbi ipso iure dominium transit absque traditione. *l. 1. & 2. b.* Et hoc requisitum etiam de iure Sax. fufficit absque iudiciali resignatione Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 3.* (IV) *Res non vitiosa* requiritur *l. 9. §. 5. l. 12. §. 4. b.* (V) *Vt b. f. possidens rei possessionem amiserit.* Dn. Engelbr. *b. §. 20.*

5. Denique supponitur. (VI) *possessorem in firmiore iure rem tenere.* *l. fin. in fin. b.* Vnde

(1) contra Dominum non competit, l. 16. § 17. b. nisi ex alio fonte; sæpe enim, quem de evictione tenet actio, hunc agentem repellit exceptio, l. 17. de evict. l. 18. §. 15. de damn. infect. vid. Cornel. van Eck. in princ. iur. b. §. 11. (2) contra æque titulatum possessorem haud recte instituitur. l. 9. §. 4. b.

6. Quoad modum restituendi non differt a rei vindicatione, cum in quasi Dominio se fundet.

TEXT. NOTAB.

L. l. 2. l. sed et si res. 7. §. 3. 6. 8. 16. fin. l. siue autem emtori. 9. §. 4. l. si ego emi, 12. §. 1. 2. 4. l. quæcunque. 13. l. pen.

Tit. III. (IV. ult.)

Si ager Vectigalis id est Emphyteuticarius petatur.

1. **Q**uemadmodum Dominium vel *directum* vel *utile* est: ita respectu huius datur *rei vindicatio utilis*; quo pertinet *actio Emphyteutica realis*, qua is, cui *emphyteusis concessa est*, agit *aduersus omnem possessorem, intendens, ius emphyteuticum sibi competere, adeoque rem illam esse restituendam.*

2. Oritur hæc actio ex *iure Emphyteutico*, Emphyteutæ constituto, quod est *ius in re, alicui, sub lege annui canonis præstandi, in recognitionem domini directi in bonis immobilibus constitu-*

tum, *vi cuius Emphyteuta re Emphyteuticaria uti frui, & de illa quodammodo disponere potest.* De origine huius iuris. vid. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 23.*

3. Est autem Emphyteusis vel *Secularis* vel *Ecclesiastica*, pro diuersitate obiecti. Vfus huius distinctionis cernitur (α) in modo amittendi ob non solum Canonem *l. 2. de S. S. Eccles.* (β) Difficilius constituitur Emphyteusis in re Ecclesiastica *l. 14. & 17. C. de S. S. Eccles.* (γ) de necessitate in Ecclesiastica requirunt scripturam, *N. 7. pr. N. 120. c. 5. Meu. 3. D. 289.* Alias scriptura per se non est necessaria, Hahn. *ad W. b. n. 3. in med.* (δ) Quod ultra nepotes non extendatur successio, *N. 7. c. 7. pr.* nisi per expressum in perpetuum concessa sit, *N. 55. & 120. c. 6.* Dn. Stryk. *in V. M. h. §. ult.*

4. In constituendo iure emphyteutico, ad hæc requisita respiciendum: (I) *constituatur a Domino* plenam alienandi facultatem habente; vnde quicquid alias in alienatione iuris est, hic quoque repetendum.

5. (II) *Constituatur in re immobili*, olim quidem inculta, & tantum in agris publicis seu vectigalibus, post ad res templorum & principis, & tandem ad res priuatorum extensum, Dn. Schilt. *ex. 16. §. 76. & seqq.* & tandem prædia fertilia & maxime culta in Emphyteusim dari cœpta, Dn. Stryk. *in V. M. h. §. 3.*

6. (III) *Constituatur legitimo modo.* Constituitur autem vel *inter vivos* vel *ultima voluntate.*

Priori modo vel *tacite* per prescriptionem longi vel longissimi temporis secundum circumstantias Bachou. *V. 1. disp. 9. sb. 9. l. 4.* Ex sola tamen solutione uniformi certæ præstationis per longissimum tempus non inducitur Emphyteusis, nisi constet, illam velut ab Emphyteuta factã esse, Meu. *3. D. 288.* vel *expresse* per contractum *Emphyteuticarium*, qui est, *bilateralis & consensualis, quo Dominus se obligat ad concedendum alteri dominium utile in re immobili: Emphyteuta vero ad præstandum annuum canonem in recognitionem dominii directi, ut & meliorationem.*

7. Obligatur itaque Dominus *ad concedendum dominium utile*, quod regulariter pro omnibus heredibus concedi solet, *N. 120. c. 6.* nisi restrictum sit vel ad certam generationem, vel ad certum tempus. *Hahn. ad W. b. n. 3.*

8. Emphyteuta contra obligatur (a) *ad solvendum quotannis canonem.* Et quia per hanc solutionem recognoscit dominium directum, hinc fluit (1) illum non augeri aucto fundo, *Carpzou. p. 2. c. 38. d. 22.* nec remitti ob sterilitatem vel alios casus fortuitos, *Id. c. 1. def. 19.* nisi prædium plane fuerit extinctum, (2) diuisa Emphyteusi non diuidi canonem, quia recognitio dominii est indiuidua, *Struu. in iurispr. for. lib. 2. tit. 12. §. 15.* (3) cessione fundi Emphyteutici, quæ etiam ad exemplum feudi inuito fieri potest, *Dn. Schilt. ex. 16. §. 88. sq.*

extingui obligationem ad præstationem canonis, quemadmodum etiam derelictione, (4) posse canonem in quavis re consistere, Dn. Hert. in *Paræm. iur. l. 1. Paræm. 19.* (5) posse & feminas in Emphyteusim succedere Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 29. N. 7. c. 3.*

9. Præterea (β) obligatur *ad rem meliorem*; hinc finito usufructu, repetere nequit meliorationes, quas ex obligatione facere debuit, *l. 2. C. de S. S. Eccles.* conf. Hilliger *ad Don. l. 9. c. 15. lit. b.* Huber. *b. §. ult.* Immo si contra hanc obligationem culpa vel dolo Emphyteuta rem insigniter deteriore reddidit, ius suum amittit, *auth. qui rem C. de S. S. Eccles.*

10. Accedere vero hoc casu debet *traditio*; cum per contractum tantum ius ad rem conferatur. Et ita demum consequitur *utile dominium*, vi cuius (1) plenissimam rei in Emphyteusim datæ utilitatem percipit, cum iure vindicandi coniunctam, *l. 1. ff. & C. b.* propter quam omnia onera etiam soluit, *l. 2. C. b. l. 2. C. de ann. trib.* Dn. Engelbr. *c. l. §. 30.*

11. Disponit quoque (2) quodammodo de ipsa emphyteusi etiam alienando, ut tamen domino directo (a) *ius proximo* scilicet saluum maneat, in emptione venditione, modo intra duos menses se declaret, utrum rem emere velit, sed tamen & domino hoc denunciandum, alioquin emphyteuta, priuatur emphyteusi *l.*

fin.

fin. C. b. modo alienatio plene consummata, fit. Brunnem. *ad l. 3. C. b. n. 6.* Franzk. *de Laudem. c. 14. n. 86.*

12. Deinde Domino directo competit (b) *exactio Laudemii*, a nouo emphyteuta pro *receptione* soluendi, licet non promissi. Et quidem olim duo de centum, moribus vt plurimum quinque, Richter. *dec. 83. n. 16.* hinc ad pretium venditionis verum, non simulatum, respiciendum, quod aliquando iuramento confirmandum est, quin & eo nomine edenda instrumenta venditionis Franzk. *tratt. de Laudem. c. 24. n. 29.*

13. Præstandum autem demum laudemium, quoties titulo singulari emphyteusis in alium transfertur, sed mores hodie hic insigniter variant. Ceterum nouus emphyteuta non soluens intra duos menses laudemium, emphyteusi propterea priuari nequit, Berlich. *2. concl. 47. n. 11.*

14. Tollitur emphyteusis variis modis, (1) tempore præterlapso *l. ult. b.* (2) moriente emphyteuta, non relictis liberis. (3) totali rei interitu, non item partiali, (4) præscribendo dominium directum vel vtile; vbi tamen non sufficit, per 30. annos non fuisse solutum canonem, si possessio non fuit mutata. Huber. *b. in fin.* (5) si canonem non soluerit toto triennio in secularibus, biennio vero in Ecclesiasticis. *l. 2. C. b. auth. qui rem C. de S. S. Eccl.* modo (a) iusta causa cesset (β) Dominus se-

statim declaret, *l. 3. C. b.* Non enim ipso iure ita amittitur emphyteufis, hinc mora adhuc purgari potest, *l. 2. C. de iur. emphy. c. fin. X. de loc. cond. Mynf. 3. O. 97.* & Dominus pensionem accipiens scienter caducitati renunciasset censetur. *Carpz. p. 2. C. 38. d. 7.*

15. In plurimis cum bonis his conueniunt *cenfitica*, quæ tamen diuerſæ ſunt naturæ conſideranda. *Franzk. reſol. 1. n. 1. ſeqq.* Aliquando enim vel in venditione rei ſux cenſum quis ſibi ſeruat, aliquando in re alterius de nouo conſtituit, utrobique Dominium plenum eſt pertinet cenſitam *Carpz. p. 2. c. 39. d. 1.* Dn. *Stryk. in V. M. §. 5. & ſeqq.* Et hinc bona in dubio cenſentur eſſe cenſitica Dn. *Schilr. ex. 6. §. 84.* in aliis locis alia eſt horum bonorum natura. *Ziegl. de bon. cenſit.*

TEXT. NOTAB.

Ex Codice. l. 1. l. cum dubitabatur. 3.



Lib. VII. Tit. 1. (III. 33.)

De Vſufructu, & quemadmodum quis vtatur-fruatur.

1. **V**Sufructus, pro ſeruitute personali ſumptus, eſt ius re aliena vtendi-fruendi, ſaluamaneſſe ſubſtantia, *l. 1. b. pr. l. cond.*

2. Re-

2. Requiritur hic (I) *legitima constitutio*, quæ dependet vel a *lege*, vel a *facto hominis*. A *lege* constituitur patri in bonis liberorum aduentitiis, aliquando etiam coniugi superstiti inopi *autb. præterea. C. unde vir & uxor*. Vel ad secundas nuptias transeunti *l. 3. C. de secund. nupt.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 2.*

3. *Facto hominis* constituitur, vel *iudicis* in iudiciis diuiforiis *l. 6. §. 1. b. §. 4. & seqq. de offic. iudic.* & quidem per solam adiudicationem *§. ult. l. cod. vel priuati*, tam vltima voluntate, quam inter viuos, Hahn *ad IV. b. n. 9.* Sola tamen promissio de usufructu constituendo vltimo casu non sufficit, sed quasi traditio accedere debet. Id. *c. l. Hillig. ad Donell. l. 19. c. 5.*

4. (II) *Res aliena*: res propria nemini seruit, *l. 26. de Seru.* Hinc differt ab *utili Dominio*, quippe in quo iure proprietatis omnis utilitas percipitur vid. Dn. Stryk. *in exam. iur. feud. c. 2. qu. 14.* Et hinc ordinariæ perpetuum est, cum ille personalis sit.

5. (III) *Res usu non consumptibilis*, licet leuis attritio admitti possit, vnde & vestimentorū verus esse potest usufructus *l. 15. §. 4. 5. b. l. 9. §. penult. Usufruct. quemadm. cau.* Huber. *ad l. b. §. 7.* Dn. Thomaf. *de pret. affect. in rōs fung. non cad. c. 1. §. 18.*

6. (IV) *Concessio omni utilitatis*, quæ fructus rationem habet, vnde etiam ad voluptatem & emolumentum vtitur-fruitur, *l. 7. pr. l. 9. b.*

Ha-

Habet autem rationem fructuum omne illud, *propter quod res est comparata. arg. l. 27. pr. de her. petis. Dn. Engelbr. c. l. §. 7.* Vnde thesaurus in fructu non est *l. 7. §. 12. de solus. matrim. nec fructus ancillæ, l. 68. b. l. 28. de usur. bene tamen pecorum.* Proprietarius itaque omnino curare debet, vt Vsfufruarius recte & commode possit vtifruui *l. 30. l. 19. §. 1. b.*

7. Vt vero Vsfufruarius Dominus fructuum fiat, requiritur (V) *perceptio §. 36. de R. D. l. 12. §. fin. b.* de qua vid. Dn. Schilt. *ex. 17. 16. 32.* Hinc mortuo vsufufruario ante messem ad heredes suos non transmittit fructus *l. 13. quibus mod. vsufr. amitt.* sicut nec pensio pro tali vsufufruario debita. *l. 58. b.* Diuersa est ratio in pensionibus ex rebus non frugiferis percipiendis, & ex quibus singulis momentis utilitas percipitur, vbi pro rata temporis diuiditur pensio inter heredem & proprietarium *l. 26. b. Donell. l. 10. c. 9. ibique Hillig.*

8. Ex perceptione fructuum fluit necessitas soluendorum onerum *l. 7. §. 2. b. Dn. Schilt. Ex. 17. §. 51. & rei reficiendæ modice cit. l. 1. 64. b. Meu. 8. D. 260. n. 5.* Non vero soluendi aris alieni, licet vel maxime vsufufructus omnium bonorum fuerit relictus. Huber. *b. §. 7. Donell. lib. 10. c. 13.*

9. Denique (VI) fructus ita sunt percipiendi, vt *salua maneat substantia.* Hinc (α) rem mutare, quamuis in melius, non potest *l. 7. in f. l. 8. b. l. 13. §. 7. b. l. 61. b. Donell. l. 10. c. 10. ibique Hillig.*

Hilleg. (β) re debet vti frui, vti bonum patrem fam. decet veluti syluam ita cedere, vt maneat sylua *l. 9. in f. & 11. seqq. b.* metalli fodinas non plane metallis exhaurire *l. 9. §. 2. b. l. 7. §. 13. ff. solut. matrim.* gregem ex foetu supplere *l. 68. in f. l. 69. seqq. b.* rem sartam tectam conseruare *l. 7. §. 2. b. & c.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Vsfuſfructus in multis. 4. l. vſuſfructu legato. 7. §. 2. 3. l. ſeqq. l. item ſi fundi. 9. §. 2. 5. f. l. ex ſylua. 10. l. arboribus. 12. pr. §. 1. 2. §. 1. ſi cuius rei. 13. pr. §. 3. 5. 6. l. ſed ſi quid. 15. pr. §. 3. 4. 5. 7. l. ſeqq. l. agri. 18. l. proculus. 19. l. ſi operas. 26. l. ſi pendentes. 27. §. 3. l. omnium bonorum. 29. l. non vtitur. 38. ſeqq. l. ſi alii vſus. 42. in f. l. Vſuſfructuarius. 44. l. an vſuſfructus. 56. l. Defuncta. 58. Vſuſfructuarius nouum. 61. l. vetus fuit quaſtio 68. §. f. l. vel inutilium. 69.
Ex Codice. l. Vſuſfructu. 4. l. ſi pater. 5. l. Eum. 7. l. ambiguitatem. 12. l. cum antiquitas. 13. l. antiquitas. 14. l. corruptionem. 16. §. 1.

Tit. II

De Vſuſfructu accreſcendo.

PORTIO deficiens in Vſuſfructu pluribus legata perſonæ accreſcit, non rei *l. 10. b.* modo adſit coniunctio vid. *Struu. b. §. 30. & 31.* Hinc accreſcit alteri etiam poſt realem concurſum *l. 1. §. 3. b.* vt & re tantum coniunctis *c. l. Hahn. ad W. b. n. 4. & verbis tantum. Id. cit. l. Huber.*

Huber. *b. §. 3.* Imò accrescit quoque vſusfructus ei, qui partem ſuam amiſit *l. 10. b. conf. Franzk. b. n. 25.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 3. f. l. Idem Neratius, 3. l. ſi quis actio. 7. l. Interdum, 10. l. cum ſingulis, 11.

Tit. III.

Quando dies vſusfructus legati cedat.

1. **D**ies vſusfructus legati non cedit a morte teſtatoris, vti ordinarii iuris alias eſt *l. vn. §. 1. & 5. C. de Cad. toll.* ſed ab adita hereditate *l. vn. §. 2. b.* cum ad heredes non transmittatur.

2. Quodſi in ſingulos annos diuiſus ſit, non ſimul ſed per ſingulos annos cedit *l. vn. §. 1. verſ. vnde b.* Hinc ſi poſt multos annos adeat hereditas, non debetür vſusfructus annorum præteritorum *Franzk. b. in f.*

Tit. IV.

Quibus modis Vſusfructus vel vſus amittatur.

1. **M**odi amittendi vſumfructum ſunt, & varii. Principalis eſt *mors vſusfructuarii*, *l. 16. pr. C. l. 3. §. vlt. ff. de vſufr.* etiamſi ad tempus

pus vſusfructus conſeſſus, & ante illud tempus vſusfructuarius mortuus fuerit, *l. 12. C. de vſusfruct.* in perſonis myſticis attenditur ſpätium centum annorum. *l. 56. de vſusfruct.* & *l. 21. b.* vel ſi diſſoluta vniuerſitas fuerit *l. 21. b.* Filiofamilias conſeſſus exſpirat morte patris & filii *l. vlt. C. de vſusfr.* idem dicendum de morte ciuili, §. 3. *l. de vſusfr.*

2. Alter eſt *interitus rei*, modo. (α) vere interierit, *l. 10. §. 7. b.* (β) in totum, *l. 5. §. 2. l. 8. g. b.* quod ſecundum naturam rei æſtimandum, *l. vlt. l. 10. §. vlt. b.*

3. Tertius eſt *non Vſus* per decem annos, *l. penult. C. de Vſusfr.* Sufficit autem alium vſumfructū exercuiſſe *l. 38. de vſusfr.* Idem volunt dicendum eſſe de præſcriptione vſusfructus promiſſi *l. pen. C. de vſusfr.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 11. n. 5.* idem dicendum de *illegitimo vſu*, quia non videtur vtiſui, qui non eo, quo debet modo vtitur. *l. 2. de aqua quotid.* Hinc ob inſignem deteriorationem quoque amittitur.

4. Quartus eſt *conſolidatio*, *l. 27. b.* vt ſi vſusfructus cedatur proprietario, §. 3. *l. b.* Extraneo enim cedendo nihil agitur, nec amittitur vſusfructus, niſi alia ex ratione retineri nequeat, *l. 66. de iur. dot.* Commoditas autem vtendi ex perſona vſusfructuarii in alterum transferri poteſt.

5. Denique huc ſpectant, *reſolutio iuris proprietarii l. 16. b.* ſi ſcilicet ius reuocabile ex pacto vel lege habuit, conf. Dn. Berger. *in reſolut.*

lus. Leg. h. in fin. Item, lapsus temporis l. 5. C. de usufr. l. 15. b. &c.

TEXT. NOTAB.

L. 7. l. sicut in annos, 3. pr. §. vlt. l. repeti. 5. l. Fundi. 8. l. quid tamen. 10. §. 17. f. l. si fructuarius. 13. l. si sub conditione. 16. l. si tibi. 17. l. si ager, 23. seqq. l. si usufructus. 28.

Tit. V.

**De usufructu earum rerum,
quæ usu consumuntur
vel minuuntur.**

1. **D**iffert hæc species irregularis a vero usufructu, (1) quod usufructuarius hic Dominus fiat, adeoque periculum rei in eum transeat. Loco tamen proprietatis introducta est cautio *l. 2. in fin. b. §. 2. l. de usufr. conf. l. 6. pr. ut in possess. legat.* (2) quod obiectum huius usufructus sit res consumptibilis, & aliarum rerum, quarum usus cum insigni diminutione est coniunctus.

2. Quod non constituitur (3) a Iudice, quia res fungibilis diuidi potest, bene tamen inter viuos, seu vltima voluntate, Dn. Hopp. *in comment. ad §. 2. l. de usufr.* Hahn. *ad W. b. n. 4.* (4) quod res restituatur vel in genere, vel in æstimatione, *l. 5. §. 1. l. 6. & 7. b.* (5) quod non amittatur abusu & rei interitu.

3. A mutuo differt, (a) quod in eo semper
res

res in genere restituenda, (β) morte non finia-
tur, (γ) nec cautionem per se requirat, (δ) re-
gulariter usufructarium sit. &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si de pecunia. 2. l. Hoc SCrum. 5. l. si vini. 7. l. Tribus
8. l. cum pecunia. vlt.

Tit. VI.

Si Vsfusfructus petatur, vel ad alium pertinere ne- getur.

VSusfructus nomine comparatae sunt actio
confessoria & negatoria, quarum excus-
sionem referuo ad lib. 8. tit. 5.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 4. l. Vti frui. 8. pr. §. 4. f. l. qui de usufructu. vlt.

Tit. VII. (III. 33.)

De Operis Seruorum.

1. **I**Nter Seruitutes personales minus plenas
referuntur *opera seruorum*, consistentes in
iure percipiendi omnem vtilitatem ex operis
serui alieni, l. 5. b.

2. Differt hæc seruitus ab usufructu serui (α)
quod operarum dies cedat a die petitionis, l.
1. b. l. 7. de usu & usufr. legat. (β) morte eius,
cui

cui debentur operæ, non extinguatur, nec (γ) capitis deminutione, *l. 2. eod.* nec (δ) non-utendo, nisi operæ fuerint indictæ *sic. l. 2.*

TEXT. NOT.;

L. 1. l. cum de serui. 6. §. 2.

Tit. VIII. (III. 33.)

De Vfu & habitatione.

1. **V**Sus est *iure re aliena utendi ad necessitatem, satua rei substantia.*

2. Requiritur itaque hic peculiariter, *ut vsuarius tantum utilitatem capiat pro necessitate quotidiana*, hinc (α) vfructus legari potest alteri concessio vfu, *l. 14. §. ult. b.* conf. Huber. *p. 2. digress. l. 2. c. 16.* & Dn. Thomaf. *ad Huber. b.* (β) vfructus alteri concedi nequit, *l. 8. l. 11. b.* nisi alias vfructus foret inutilis, *l. penult. pr. b.* vel conditio vsuarii hoc postulet *l. 12. §. 4. b.* (γ) potissimum fructus naturales percipit *§. 4. instit. b. l. 12. §. 2.* aliquid tamen etiam ex industrialibus *l. 15. b.* (δ) aucta familia vsuarii, augetur vfructus, *l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 5. b. b.* (ϵ) vfructus non diuiditur *l. 18. & 19. b.*

3. Habitatio est *iure alienas ades inhabitandi, omnemque utilitatem ex habitatione percipiendi*, vnde facile differt a locatione ædium, & plus continet, quam vfructus; minus, quam vfructus ædium. conf. Muller. *ad Stru. Ex. 21. ib. 61.*

4. In

4. In eo differt ab usufructu in effectu, quod capitis deminutione & non-vfu non amittatur, quia in facto consistit *l. 10. ff. de cap. min.* Donell. *l. 10. c. 21. in f.*

5. Affinitatem cum hac seruitute habet habitatio ædium Parochialium Parochis data, quæ non in omnibus cum hac seruitute conuenit, ceu deduxi in *Iur. Paroch. Sect. 5. c. 2. §. 18. seqq.*

TEXT. NOTAB.

l. cui vfu. 2. §. 1. *l.* ceterum. 4. pr. §. 1. *l.* non aliter. 1. sed neque. 8. *l.* si habitatio. 10. §. 3. 4. *l.* plenam. 12. §. 1. 2. 4. *l.* per seruum. 14. *l.* si domus. 18. *l.* Vfus para. 19. *l.* Diuus Hadrianus. 22. *l.* vlt.

Tit. IX.

Vsfructuarius quemadmodum caueat.

1. **C**Autio in his seruitutibus eo magis necessaria est, quo minus eo nomine ad heredes aliquid transmittitur. Vnde nequidem a testatore *l. 7. C. ut in poss. leg.* Schilt. *ex. 17. §. 65.* vel etiam heredibus remitti potest, scil. quoad clausulam, se re tanquam bonum patremfamilias esse vsurum, Franzk. *b. n. 7.* & qui cauere non vult, nec commodum seruitutis interim habet. *l. 13. ff. de Vsufr.* modo cautionem exegerit proprietarius; alioquin fructus nihilominus facit suos. Dn. Berger., *in resol. L. b.*

2. Requiritur vero hic (I) *ut caueatur fideiussoribus* §. 1. *I. de Vsufr. l. 5. §. 1. b. l. 7. de præst. stip.* In defectu vero fideiussorum admittuntur pignora, & his deficientibus iuratoria cautio, dummodo cauens fit homo spectatæ fidei & probitatis *autb. generaliter C. de S. S. Eccles. Gail. 2. Obs. 47. n. 8. 9.* Alias consultius est, rem usufructuariam alteri locare, etiam ipsi proprietario, & pensionem quotannis usufructuario præstare. *Gail. c. l. inf. Donell. l. 10. c. 14. lit. d.*


3. (II) *Vt Vsufructuarius quodammodo sit suspectus.* Hinc cessat in patre *l. 8. §. 4. C. de hon. que lib.* & in fisco *l. 1. §. 18. ff. ut legat. s. fideic.* & eo, qui proprietatem aliquando se adepturum certo sperat. *l. 9. §. 2. b.*

4. (III) *Vt caueatur debito modo, & quidem in vero:* (α) *se vsurū boni viri arbitrato.* Ergo, ut de hoc constet, consultum erit, inuentarium desuper conficere *l. 1. §. 4. b. in patre* vero sola priuata designatio sufficit *Brunnem. ad l. 1. ff. b. n. 12. seqq.* & si contra hanc cautionem peccatum, statim agi potest *l. 1. §. 6. b.* non vero statim reuocari usufructus, (β) *se finito usufructu rem restitutum* *l. 1. pr. b.* aliquando etiam ex accidenti æstimationem *l. 1. §. 7. b.* In quasi usufructu vero tantum cauet, *se rem in genere vel æstimationem restitutum:* quæ cautio hic magis necessitatis est, cum vice proprietatis fungatur. Ea tamen omiſſa, nihilominus

nus condicitur, id quod debetur l. 5. §. 1. ff. de
vsufr. ear. rerum.

TEXT. NOTAB.

L. 1 pr. §. 3. 4. §. 6 l. nam fructuarius 2. l. & si vsusfructus, 7.
 l. si vsusfructus, 9. §. 3. l. si serui, 10.



Lib. VIII. Tit. I. (III. 34.)

De seruitutibus.

1. **S**eruitus dicitur certa qualitas prædio-
 rum, l. 86. de V. S. h. e. ius in re aliena,
 alteri ad utilitatem competens: *vi cuius Dominus
 rei aliquid pati vel non facere cogitur.* Quando
 illa utilitas *immediate* debetur personæ, dicitur
personalis, de qua lib. anteced. actum; quando
 vero quis *mediate* suo prædio utilitatem ex
 alterius re capit, dicitur *realis*, de qua hic. *illa*
morte extinguitur, *hec* est perpetua; *illa* non
 reuiuiscit, prædio semel diruto & restituto, l.
 10. §. 7. *quibus mod. vsufr.* bene tamen *hec*: l. 20.
 §. 2. *de seru. P. V.* illa prædio seruiente conten-
 ta est, *hec* duo requirit &c.

2. Reales seruitutes a prædiis dominantibus dicuntur vel *urbane* vel *rustice*. Prædia autem dicuntur vel urbana vel rustica, ratione vsus & destinationis; De Vsu eius in hac materia vid. Dn. Thomaf. *in dissp. de seru. stillicid.* §. 16. *seqq.*

3. Utilior est distinctio *in affirmatiuas*, quæ

in patiendo, & *negatiuas*, quæ in non-faciendo consistunt, *illa* quasi traditione acquiruntur, *ha* nuda promissione: *illa* præscribuntur ordinario modo, *ha* vero requirunt prohibitionem alterius,

4. Denique ex male intellecta *l. 14. ff. b. Dd.* formarunt distinctionem inter *continuas* & *discontinuas*, illas dicentes, quarum usus continuo adest; has vero, quæ non habent certum continuumque exercitium, & proinde, has in præscriptibiles dicunt, non illas.

5. In omni seruitute necessaria est, (I) *legitima constitutio*, quæ etiam aliquando fit a Iudice *l. 22. §. 3. fam. hercisc.* ordinarie dependet ex priuatorum voluntate. Hoc vero casu requiritur (α) vt concedens sit *Dominus prædii*. Qui dominium reuocabile habet, in sui præiudicium illam imponere potest. Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 10.* (β) & quidem *totius rei*; rei enim, communi ne quidem pro sua parte imponit vsumfructum, *l. 2. b. l. §. 1. comm. præd.* Donell. *l. 11. c. 9. lit. d. seqq.* (γ) *vt liberam disponendi habeat potestatem*, hinc patet otiosam esse subtilitatem *in l. 15. §. fin. de Vusufr.* Schilter. *ex. 17. ib. 44.*

6. (II) *Legitima acquisitio*, vbi de iure Romano tantum quilibet sibi seruitutem recipere poterat. *l. 5. ff. comm. præd.* Sed aliud hodie, Dn. Schilt. *ex. 18. §. 35.* Dn. Stryk. *in V. M. tit. comm. præd. §. 5.* debet autem acquirens esse *Dominus prædii dominantis*. Donell. *cit. l. lit. k.*

7. Acquiritur autem vel *ultima voluntate*, & sic transit statim a morte testatoris *l. 19. §. 1. quemadm. seru. amitt. vel inter vivos*, per conventiones expressas, accedente in affirmatiuis quasi traditione seu patientia, vel inductione in prædium, Hahn. *ad W. b. n. 5.* Ipso facto regulariter non constituitur *l. 36. de S. P. V. l. 1. de seru. leg. Dn. Hert. diff. de seruit. fact. constit. S. 1.*

8. Acquiritur quoque legitime per *prescriptionem* & quidem contra ipsum Dominum, si currat *prescriptio*, sufficit titulus *presumptus*, *l. 10. pr. si seru. vindic. l. 2. C. de seru. absque scientiæ probatione l. 12. in fin. C. de prescript. long. temp.* Si mala fides concurrat, 30. anni requiruntur. *l. 3. & 8. C. de prescr. 30. vel 40. ann. Dn. Hert. cit. l. Sect. 2. §. 5.* Imo in discontinuis plane immemorabile tempus requirunt, contra rationem iuris, quamuis in praxi hæc sententia attendatur, Muller. *ad Seruu. ex. 13. tb. 39. lit. k. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 6. conf. Struu. cit. l. §. 40.*

9. (III) *Duo prædia*, alterum dominans alterum seruiens, §. 3. *l. b. in quibus* requiritur (α) *Vicinia*, *l. 39. de seru. prad. V. l. 5. de S. P. R.* vt non tamen semper sit immediata, nisi quam natura rei postulat. *l. ult. de S. P. R. l. 14. de S. P. V. Franzk. b. n. 28. seqq. Donell. l. 11. c. 2. Dn. Thomaf. c. l. §. 36.*

10. Vterius (β) *alterum alteri præstet utilitatem*; alias enim non est seruitus realis, *l. 8.*

pr. b. a. Præstet autem utilitatem ordinarie omnibus partibus fundi, *l. 23. §. 3. de S. P. R.* Sic & totus fundus seruit, si non certa pars seruituti destinata, *l. 21. eod.* ciuilitè tamen alter, seruitute uti debet, *l. 9. b. Meu. 3. D. 371.* uti & legatarius audiendus, si hæres per certam partem fundi velit seruitutem destinare *l. 26. de S. P. R.* Donell. *cit. l. c. 13.* Aliquando etiam arbitris hæc res committitur. *M. c. l. D. 372.*

11. Ita vero (γ) utilitas præstanda, ut alterum prædium aliquid patiatur aut non faciat, nam in faciendo nulla consistit seruitus, *l. 15. in fin. b.* Sed est obligatio mere personalis, quæ tertium possessorem non stringit, Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 3.* non abhorret tamen a moribus Germaniæ, seruitutem in faciendo consistere. *Id. c. l. §. 4. & 5.*

12. Requiritur porro (δ) causam perpetuam, h. e. naturalem *l. 28. de S. P. V.* Sed ita ius cloacæ, & plura alia non essent seruitutes. Quin quod praxis Romana hanc subtilitatem non attenderit, *l. 9. de S. P. R. l. 2. comm. præd.* Dn. Thomaf. *cit. disp. §. 28. seqq.* multo magis hodie, non obstante hac subtilitate, seruitus foraminis obtinebit. Dn. Stryk. *in V. M. tit. de S. P. V. §. 18.*

13. Effectus constitutæ seruitutis a parte seruiantis prædii est, quod nihil possit facere in præiudicium dominantis, *l. 14. de S. R. P. l. 13. §. 1. eod.* & omnia concedere debeat, sine quibus

bus feruitus exercere nequit, *l. 20. §. 1. de S. P. V. A. parte dominantis*, quod perpetuo possit feruitute vti, nisi ad tempus fuerit constituta, *l. 4. b.* Non vero aliis rursus concedere *l. 4. ff. locati l. 24. de S. P. R. conf. Huber. tit. comm. prad. §. 2. & seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. Vnus. 2. l. feruitures. 3. l. feruitures ipso. 4. l. ad certam. 6. l. Vt pomum. 8. l. si cui simplicius. 9. l. feruitures prædiorum. 14. l. quoties. 15. l. viz. 17. l. Ei fundo. 19. l. quoties. 20.

Ex Codice. l. 1. l. si aquam. 2. l. præses. 6. l. altius quidem. 8. l. per agrum. 11. l. sicut. 13. l. cum talis. 14.

Tit. II.

De Seruitutibus prædiorum Urbanorum,

i. **T**Ales dicuntur, *quæ ut plurimum debentur prædio urbano*; nam & rusticæ esse possunt, si debeantur rustico. Dn. Thomas. *diff. de seruit. stillic. §. 10. seqq.*

2. Pertinent huc (1) feruitus *oneris ferendi*, vt vicinus onera vicini sustineat, & patiatur vicinum habere ædificium supra eius muro vel calumna, *l. 33. b.* a qua differt *feruitus signi immittendi*, Das *Dram. Recht*/qua quis in partem vicini potest signum immittere, vt ibi requiescat, *l. 2. in fin. l. 25. eod.* vt tamen insigne onus non contineat paries vicinus, Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 3.*

3. In effectu hanc differentiam utriusque vulgo adscribunt, quod in oneris ferendi seruitute feruens teneatur ad refectionem, *l. 33. b. l. 6. §. 2. si seru. vind.* aliud in tigni immittendi, ubi resectio incumbit dominanti *l. 8. §. 2. si seruit vind.* quamuis alii in priori seruitute id non aliter admittant, nisi speciale pactum interuenerit & ita *cit. leg. 33. §. 6.* explicant, *conf. l. 1. §. 11. 12. d. itin. act. priu. l. 4. ff. de Riuis. l. 1. §. 7. de Cloac.* ubi supponitur, refectionem ad dominantem pertinere, cui etiam pro refectione interdicta competunt.

4. Proxime huc pertinet seruitus *protegendis & proiciendis.* Hac est ius emittendi tignum, ut euehatur supra alienum, non tamen ibi requiescat, *l. 142. de V. S.* Illa vero est, cum tigna emittuntur tegendi tantum causa, *l. 5. §. 6. de his qui effud.* veluti si tectum ædium educatur; huc spectant etiam suggrundia, *conf. Franzk. b. n. 13. & seqq.*

5. Immittitur quoque in alienum aliquid, per seruitutem *stillicidii, & fluminis recipiendi,* qua vicinus pati tenetur, ut aqua pluuiatilis vel *guttatim,* vel cum *impetu* per tubos in eius aream cadat. Quod si aqua mihi proficua sit, oritur inde seruitus *stillicidii & fluminis non recipiendi,* qua vicinus pati tenetur, me aquam ex ipsius ædibus collectam posse deriuare in meam aream, *conf. l. 14. de alim. & cib. legat. Dn. Thomaf. spec. diff. de seruit. stillicid.*

6. Respectu luminis variæ sunt seruitutes, (α) *Seruitus luminum*, est ius in parietem non suum vel communem (vid. *l. 40. b.*) fenestram habendi, lumenque necessarium inde recipiendi.

7, (β) Si consuetudine vel statuto inualuit, non licere habere fenestras in proprio pariete protendentes in alienam aream, oritur inde *seruitus aperiendi fenestram* in proprio pariete. Dn. Stryk. in *V. M. b. §. 9.*

8. Alias de iure libertatis quilibet in suo fenestras facere potest, nisi (γ) seruitus *non habendi fenestram* fundo nostro imposita fuerit.

9. Plenior est (δ) seruitus, *ne luminibus officiat*, qua vicinus nihil facere potest, ne lumina nostra quomodocunque obscurentur, vel minuantur, & hinc aliquando ne quidem deprimere ædes potest *l. 17. §. 2. b.* Generaliter imposita futura quoque lumina completitur *l. 23. b.* Dn. Stryk. in *V. M. b. §. 12.*

10. Plus continet (ϵ) seruitus *prospectus*, vbi vicino fenestras habenti in aream nostram liber prospectus in eam relinqui debet, quod si vndequaue liberior & gratior prospectus impediri non possit, dicitur (ζ) *ne luminibus officiat* *l. 15. b.*

11. Propter lumina plerumque etiam (η) competit seruitus *altius non tollendi*, vi cuius vicinus non potest altius ædes suas tollere, quod alias iure libertatis erat permissum *l. 8. C. de seruit. l. 9. 10. b.* Viridaria tamen supra eam

eam altitudinem quis habere potest, licet ob-
scurentur inde lumina, *l. 12. b.* Sicut nec pro-
hibetur quis deprimere ædes.

12. Differt ab ea (§) *seruitus altius tollendi*, ubi
vel supponunt statutum prohibens, ne quis
contra voluntatem vicini, ultra certam men-
suram ædes tollat, Donell. *l. 11. c. 5. lis. H.* Ibi-
que Hillig. Dn. Hert. *diff. de seruit. fact. constic.*
S. 1. §. 9. vel etiam est seruitus, vi cuius vici-
nus pati tenetur, ne *solum & unice* altius ædi-
ficare, nec illum contra ædificando vtilita-
tem hanc mihi posse interuertere. Struu. *ex.*
13. tb. 12.

13. Superest *seruitus cloaca* immittenda in
alterius fundum *l. 7. de seru.* a qua differt ser-
uitus *locum necessarium immittendi in vicini parietem*
Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 19.*

14. Possunt huc referri adhuc plures serui-
tutes v. c. effundendi mittendique in fundum
vicini, *l. 8. §. 5. si seru. vind.* fumum immitten-
di, *cit. l.* passitum habendi in fundo vicini *l.*
17. §. 1. cod. foraminis, furni non extruendi,
horrei non habendi &c. vid. Dn. Stryk. *cit. l.*
§. 18. 18. 20.

TEXT. NOTAB.

- L. 1. l. vrbānorum. 2. l. 4. l. hæc autem. 6. l. cum eo. 9. l. Gau-
rus 10. l. qui luminibus. 11. l. quidam. 13. pr. l. inter seruitu-
tes. 15. l. si arborem. 17. pr. §. 2. l. fistulam. 19. §. 1. 2. l. seruitu-
tes. 20. §. 2. 5. l. si seruitus 23. l. Hoc quod dictum. 25. l.
foramen in imo. 28. l. si quis ædes. 30. l. Eum debere. 33.
l. si ædes. 38. l. eos qui. 40.

Tit. III.

De Seruitutibus Prædiorum rusticorum.

1. **P**RO seruitutibus rusticis habentur, (I) iter consistens in iure eundi ambulandi hominis per fundum alterius, ad proprium prædium. Aliud est, si quis iure familiaris tantum iuerit *l. 41. de A. & O. poss.*

2. (II) *Actus* est ius agendi iumentum vel vehiculum per prædium alienum, *l. 12. b.* Estque vel *plenus*, qui iter continet, *l. 7. b.* quod in dubio præsumitur *l. 58. de V. O. vel minus plenus*, qui iter non continet, sed consistit in iure vel tantum vehendi, vel tantum cogendi pecora, ciuiler tamen illa sunt agenda, ne pastura inde fiat, Dn. Stryk, *in V. M. b. §. 5.*

3. (III) *Via* continet in se actum & iter necessario, *l. 13. §. 1. de acceptil.* & aliquid amplius, videlicet ius tigna & lapides trahendi, & hastam erectam ferendi, vt adeoque liberum spatium versus cælum pateat, *l. 7. pr. b.* Dn. Hert. *diss. de seru. fact. const. Sect. 3. Obs. 4.* *Vix* latitudo determinatur *in l. 8. 23. pr.* latitudo actus & itineris ex conuentione partium debetur, *l. 13. §. 2. b.*

4. (IV) *Aqua ductus* est ius aquæ ducendæ vel educendæ per fundum vicini ad nostri prædii vtilitatem, *l. 1. pr. l. 15. l. 17. in f. b. 1.*

5. (V)

5. (V) *Aqua haustus* est ius hauriendi aquam ex alieno fonte *l. 9. b.* non tamen ultra, quam quatenus ad fundum opus fit; *l. 5. in fin. b.*

6. (VI) *Pecoris & ad aquam appulsus*, est ius pecora prædii nostri appellendi ad aquam vicini, *l. 5. b. german. Die Viehe Frâncke.*

7. Vtraque seruitus potest etiam esse personalis, *l. 14. in fin. de alim. & cib. legat.* Quamuis id non præsumatur *l. 20. b.* & licet personæ debeatur, tamen vicinitatem quandam requirit prædiorum, cum alias vsus eorum esse nequeat *l. cit. 14. conf. Hillig. ad Don. lib. 11. c. 7. lit. E.*

8. (VII) *Ius arena fodienda.* (VIII) *Ius calcis coquenda l. 1. §. 1. b. Ius pedamenta sumendi l. 3. §. 1.* (IX) *Ius vuas in alieno exprimendi, l. 14. in fin. de alim. & cib. legat.* (X) *Seruitus aucupii l. 16. b.* ex ipsis terminis patent,

9. (XI) *Ius pascendi*, quod est ius in alieno prædio pascendi pecora nostri prædii, *l. 39. §. 1. ad L. Aquil.* generaliter hoc iure concesso, omnia pecora, modo sana sint, ibi pascere potest dominans, Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 20.* nec excluduntur seruiantis pecora, si sufficiens vtrique pastura sit, Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 15.* alias merito seruitutem habens præferendus, *Id. c. 1.* Modum pascendi determinant conventiones partium, & consuetudo loci. Ordinarie censetur pastura permessa in alienis agris eo tempore, quo fruges sunt collectæ, seruitus enim indefinita ita interpretanda, ne
nimi-

nimum oneretur fundus seruiens. Fab. *in C. lib. 3. t. 24. d. 4.* de modo probandi hanc seruitutem vid. Meu. 9. D. 165.

10. Potest etiam iure seruitutis constitui *ius compascui, die Koppel-weide* cui non potest renunciari ab altero sociorum, Meu. 5. D. 251. Aliud, si tantum iure mutui precarii vel familiaritatis concessum, Dn. Stryk. *c. l. §. 15.* quare ratione autem hoc ius sit constitutum, in facto consistit, & ex circumstantiis colligendum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. item sic. 3. §. f. l. pecoris. 4. l. Ergo. 5. l. seruitus aquar. 9. l. per fundum. 11. l. certo. 13. §. 1. l. Imperatores. 17. l. Vna est via. 18. l. si mihi concesseris. 21. l. via. 23. l. ex meo. 24. l. si via. 26. l. si communi. 27. l. cum essent. 33. l. Et Atilicianus. 35. l. cum fundo. 36. l. vlt.

Tit. IV.

Communia Prædiorum tam vrbanoꝝ quam Rusticorum.

HÆc communiã, quæ hoc titulo exhibentur, iam explicata sunt *in tit. 1. huius libri.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. de aqua. 2. l. caueri. 4. l. si quis duos. 6. l. si cum duos. 8. l. si ei. 9. l. refectionis. 11. l. cum fundus. 12. l. venditor. 13. pr. l. qui per certum. 15. l. receptum est, vlt.

Tit. V.

Si Seruitus vindicetur, vel
ad alium pertinere ne-
getur.

1. PRO asserenda qualibet seruitute, datur
actio *confessoria*, competens ei, qui pra-
dio suo vel sibi a vicino seruitutem deberi in-
tendit, l. 4. §. 7. b. vt iudex declaret, seruitutem
sibi deberi.

2. E contra pro libertate asserenda compe-
tit *actio negatoria*, qua negamus alteri compe-
tere seruitutem in nostro praedio, adeoque vt
res libera declaretur, intendimus.

3. In eo vtraque conuenit (1) quod probatio
semper incumbat asserenti sibi seruitutem, et-
iam si in *confessoria* alter in quasi possessione
seruitutis fuerit, cum possidenti resistat prae-
sumtio libertatis Dn. Stryk. in *V. M. b. §. 1.* Dn.
Hertius *de quasi poss. prob. Sect. 2. §. 1. seqq.* Dn.
Hornii *programm. de hac questione annexum.*
tractatui Paciani *de probat.* (2) Quod vtrius-
que cautio de non turbando petatur & presta-
ri debeat, alioquin tanti condemnetur aduer-
sarius, quanti actor in litem iurauerit, l. 7. §.
17. h. (3) Quod vtraque detur Domino, l. 2.
§. 1. l. 4. §. 7. b. ex aequitate tamen utilis cre-
ditori hypothecario & Domino utili l. 16. de
serv.

seru. (4) Quod vtraque detur Domino licet possidenti, *l. 6. §. 1. b. l. 5. §. fin. si usufr. petat.*

4. Valde frequentes in foris nostris sunt *viles confessoria & negatoria*: Illa in vniuersum omnibus iuribus applicari solent, quib⁹ quis se fundat in priuilegio vel iure singulari, & inde dependente iure prohibendi; *hae* tunc conceduntur, quando quis iure vtitur ex libertate naturali, & in hac se fundat. Exemplis rem declarat Dn. Stryk. *de act. for. inuestig. S. 2. m. 4. §. 6. seqq.* Maximum quoque numerum con-gessit in materia Ecclesiastica, Dn. Swendend. *de action. for. Sect. 2.*

5. Ceterum ratione Seruitutum plura constituta sunt remedia *possessoria*, quae infra *l. 43. tit. 19. seqq.* explicabuntur. Et hinc est quod possessor seruitutis non facile prouocaturus sit ad iudicium petitorium, cum in possessorio facilius defendi possit. Quin & cumulari possessorium *resinenda* cum petitorio hic vtiliter potest. Schilt. *ex. 18. §. 44.*

TEXT. NOTAB.

L. de seruitutibus. 2. pr. §. 1. l. loci. 4. §. 1. 3. l. et si forte. 6. pr. §. 2. l. harum actionum. 7. l. sicut. 8. §. 5. l. si eo loco. 9. in f. l. si quis diuturno. 10. l. an vnus. 11. in f. l. si cum meus. 14. pr. l. si de communi. 19.

Tit. VIII.

Quemadmodum Seruitutes amittantur.

1. **A** Mittuntur seruitutes, (I) *interitu totali* rei, l. 14. l. 8. §. 1. de seruit. Quæ tamen ædificiis inhærent, restituto ædificio reuiuiscunt, l. 20. §. 2. de S. P. V. l. 12. de S. R. P. conf. Franzk. b. n. 21.

2. (II) *Consolidatione* seu confusione, cum idem vtriusque prædii Dominus fiat, modo (α) *totius* prædii Dominus fiat, l. 8. §. 1. de seru. Dri. Stryk. in V. M. b. §. 1. (β) *in perpetuum* l. 1. b. l. 30. de S. P. V. l. 7. pr. comm. prad. quando enim temporale tantum ius quis consequitur, restituta re seruitus quoque reuiuiscit, l. 18. de seruit. l. 7. §. 1. de fund. dot. l. 9. comm. prad.

3. (III) *Remissione* vel *expressa*, modo alterius seruitutis vsus non impediatur l. 21. de S. P. V. aut *tacita*, permittendo aliquid seruituti contrarium l. 8. b. modo animus remittendi adfit, l. 17. comm. prad.

4. (IV) *Vtendi intermissione*, l. 6. de S. P. V. modo (α) nemo vsus fit, l. 20. b. seqq. non sufficit autem quomodocunque seruitute vti, l. 25. b. l. 1. §. 6. de itin. actuque priu. l. 18. pr. b. (β) vt in totum non fuerit vsus l. 2. b. l. 18. de S. R. P. l. 6. §. 1. b. (γ) vt constitutum in iure tempus effluxerit, l. 6. de S. V. P. l. 7. b. Scilicet

10. vel 20. annorum *l. 13. C. de seru. nisi alter-
nis annis vel mensibus quis tantum habeat,
vsum seruitutis, tunc enim duplicatur tempus
l. 7. b. quod de decennio intelligunt Docto-
res, quia vicennium iam antea duplicatum
est, Franzk. b. n. 34. Struu. ex. 13. tb. 57. Hahn.
ad W. b. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 2.*

5. Præterea (d) quædam seruitutes præter
non vsum aliquid amplius requirunt, scil. de-
structionem eius, quod propter seruitutis ex-
ercitium necessario fieri debuit, ne vestigium
seruitutis superfit, v. g. Obturando foramen,
in quod tignum immissum *l. 6. de S. P. V.* quod
in vrbanis plerumque contingit, Donell. *l. 11.
c. vlt. lit. D. seqq.* Huber. *b. §. 6.* Non tamen
ratio exinde petenda, quod seruitus sit vr-
bana.

6. (V) *Extincto iure concedentis seruitutem,*
l. 11. §. 1. b. modo ius concedentis resoluatur
auctoritate iuris: si enim ex libera voluntate
res in alium transferatur, simul transfertur
seruitus.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. qui iter. 2. l. si sic constituta. 7. l. si stillicidii. 8. l. is cui
via. 11. §. 1. l. qui fundum. 12. l. si locus. 14. l. si cum serui-
tus. 15. l. si quis alia. 18. pr. §. 1. l. Vsu. 20. l. seruitute, fin.



Lib. IX. Tit. 1.

Si Quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

1. **A**ctio quadrupedaria datur illi, cui a bestia alterius, sponte & contra naturam sui generis, damnum illatum aduersus Dominum bestie, illam vel noxa dedat, vel damnum restituat.

2. Requiritur itaque (I) vt animal irrationale damnum dederit, etiamsi bipes sit, quod aliqui applicant ad furiosos, ex ratione *l. 1. §. 3. b.* vt damnum ex eorum bonis refundatur, quæ res æquitatem habet, iure perfecto autem destituitur, Dn. Stryk. *in V. M. b. t. §. 1. & seqq.*

3. (II) Vt animal nocens in alterius sit dominio *l. 1. §. 10. b.* (III) Vt animal damnum dederit, contra naturam sui generis *l. 1. §. 7. b.* hoc est, contra ordinarium motum naturæ, si ergo depauerit herbas, actio de pastu locum habet, vbi simpliciter damnum restituendum *l. 14. §. fin. de P. V.* & æstimatio inicitur ita, vt simul quodammodo ratio habeatur futuræ messis Dn. Stryk: *c. l. §. 11. & 12.* moribus hunc in finem pignorationes pecorum indulgentur, Mev. *ad ius Lubec. lib. 3. tit. 11. ad rubr. n. 10.*

4. Quod si nunc porro per animalia ferocia, quorum feritas est genitilis, damnum datum,

& dominus vitii gnarus illud non debito modo custodierit, simpliciter ad damnum refarciendum, & simul ad poenam extraordinariam agitur, C. C. Carol. art. 136.

5. (IV) *Vt culpa alterius non accesserit*, alias contra culpofum datur actio L. Aquilia, l. 1. §. 6. b. velati si culpa pastoris animal depauerit, herbas, vel etiam actio ad exhibendum, si dolo alterius id factum, l. 9. §. 1. ff. ad exhib. Quod si vero ipse irritans damnum passus, hoc sibi imputet, conf. l. 1. §. 11. b.

6. Hisce concurrentibus datur hæc actio contra possessorem animalis præsentem, quia noxa caput sequitur, l. 1. §. 12. b. contra plures in solidum l. 1. §. 14. b. Vnde quoque actio hæc cessat, mortua ante L. C. bestia l. 1. §. 13. b. & quidem *alternatim*, nisi negauerit, animal ad se pertinere l. 1. §. 15. b. quæ sententia merito in praxin esset deducenda, Dn. Stryk. c. 1. §. 10.

7. Iure Saxon. non aliter quis liberatur a damni restitutione, quam per expulsionem animalis in continentem factam Dn. Schilt, Ex. 19. §. 3. seqq. Libero homine vero occiso, actio datur ad Wergeldum soluendum. Id. c. 1. §. 14. seqq.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. ex hac lege, 3. l. hæc actio, 4.

Tit. II. (III. 33.)

Ad Legem Aquiliam.

1. **I**N lege Aquilia vindicatur *damnum ab alio, per corruptionem ipsius rei, iniuria datum.* Quem in finem comparata est *actio ex L. Aquilia, competens ei, cui per tale damnum a libero homine datū nocitum est in patrimonio, ut damnum datum restituatur, tum etiam, ut quanti res plurimi intra annum proximum vel etiam triginta dies plurimi fuerit, restituatur.*

2. Loquitur itaque Aquilius (I) *de damno extra contractus dato, cum quod in contractu datum sit, actione ex contractu refundi debeat, ut tamen quatenus ex contractu ad damnum restituendum agi potest, permillum, etiam videatur, ex lege Aquilia agere. l. 18. §. 1. l. 7. §. 1. eod. dat. l. 7. in f. l. 18. in f. b. Dn. Stryk. in Tract. de act. investig. Sect. 1. memb. 10. §. 28. Dn. Thomaf. de larv. detract. L. aquil. §. 20.*

3. (II) *De damno per corruptionem rei contingente, & quidem si corpore suo quis ita rem corruerat, dabatur directa actio, si vero non corpore, utilis. Denique si extra omnem corruptionem damnum datum, subueniebat Prætor per actionem in factum §. ult. l. b. l. 11. de præscript. V. quæ mere rei persecutoria erat. In effectu autem hodie non differunt, Dn. Schilt. ex. 19. §. 45. seqq. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 6.*

4. Pro-

4. Propter hanc corruptionem agebatur, partim ex cap. primo, quanti res intra annum plurimi fuerat, vel tertio, quanti res intra 30. dies, prout corruptio data variabat, *pr. §. 13. I. b.* Quæ tamen diuersitas hodie cessat, æstimatione damni facta secundum statum præsentis temporis, Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 2. &* sic est mere rei persecutoria.

5. Fluit exinde etiam, propter *damnum priuatiuum*, in sola interceptione lucri consistens, primario hanc actionem non dari, *l. 13. §. 2. de usufr.* nisi præcesserit *damnum positium*, per corruptionem rei datum. *l. 33. b. §. 10. I. b.* modo interesse fit (α) *pecuniarium*, (β) *certum*. Dn. Hoppe *in comm. ad c. §. 10. verb. quicquid præterea.* *conf. l. 23. §. 6. b.*

6. Hoc ipso liquido quoque distinguitur a damnis in aliis delictis factis, quæ contingunt, vel contrectando, vel rapiendo &c. Interim concurrat hæc actio sæpius cum criminalibus persecutionibus, modo dolus adfit *l. 23. §. 9. l. 2. §. 1. de V. bon. rapt. t. t. ff. arbor. furt. cas.*

7. (III) *De damno iniuria dato*, hoc est, dolo vel culpa, *l. 5. §. 1. b.* etiamsi levissima fuerit, *l. 44. &* in omittendo consistat, *l. 27. §. 9. l. 45. pr. l. 28. §. 1. h.* & hinc hæc actio non infamat, Probanda est itaque hæc iniuria, Meu. *5. d. 365.*

8. Hinc fluit huc non pertinere [1] *damnum*, ab infante vel furioso datum *l. 5. §. 2. b.* [2] Si *damnum* in rebus permissis contingat *l. 7. §. 4.* [3] Si quis iure inferat, *l. 4. l. 5. pr. l. 2. §.*

7. *b. t. l. 14. pr. de P. V.* [4] Si quis ad iussu eius, qui ius imperandi habuit, damnum dederit, *l. 37. b. l. 169. pr. de R. I.*

9. (IV) *De damno in re aestimabili dato*, hinc si corpus liberi hominis læsum, ex æquitate, utilis dabatur, *l. 13. pr. b. æstimatione facta, secundum l. 7. pr. de his qui effud. & deiec. l. 7. pr. b. non habita tamen ratione cicatricum & deformitatis, cit. l. 7. l. 3. si quadrup.* Quamvis actio iniuriarum admitti possit, *conf. Schilt. c. l. §. 35. Brunneman. ad l. 13. b.* Quin & moribus in certam pecuniam pro pensando dolore, condemnatio fieri solet, *Dn. Stryk. in V. M. b. §. 10.*

10. Hisce concurrentibus competit actio, ad damnum, & quidem hodie, simpliciter restituendum contra inficiantem in duplum, *l. 2. §. 1. l. 23. §. pen. b. aliud tamen moribus Schilt. c. l. §. 64.* Quod si a pluribus datum, singuli in solidum tenentur *l. 11. §. 2. b. vnus tamen, præstatione reliqui hodie liberantur, Dn. Stryk. cit. l. §. 21. Schilt. c. l. §. 70. 71. vt tamen locum non habeat beneficium diuisionis Dn. Stryk. cit. loc.*

11. Non dabatur autem hæc actio contra heredes, quia erat pœnalis *§. 9. l. b. l. 23. §. 8. b.* Facilius tamen moribus, præsertim cum ius Can. heredes obstringat etiam ex delicto defuncti pro rata hereditaria *c. f. X. d. sepult. c. 5. X. de Raptor. Meu. 5. D. 39. Dn. Thomas. cit. l. §. 32. seqq. & §. 59.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. lege Aquil. 2. §. 2. l. Iraque. 4. l. sed etfi. §. pr. §. 1. 2. f. l. præceptoris. 6. l. quæ actione. 7. §. 6. l. Idem iuris. 8. §. 1. l. item Mela II. pr. §. 2. 3. §. l. liber homo. 13. l. ait. lex. 21. l. Inde Neratius. 23. §. 6. 10. l. proinde 25. fin. l. si seruus 27. §. 9. l. qui foueas. 28. l. quemadmodum. 29. §. 1. 3. 4. 7. l. qui occidit. 30. §. 3. l. si putator. 31. l. illud quæsitum. 32. l. si seruum. 33. l. liber homo 37. l. quintus Murius. 39. l. in L. aquil. 40. l. in l. Aquil. & leuissima. 44. l. scientiam. 45. l. sed si priore 47. l. si quis fumo. 49. l. ita vulneratus 51. pr. §. f. l. si ex plagis. 52. §. 1.

Ex Codice l. contra negantem. 4. l. de pecoribus. §. l. de his. 6.

Tit. III.

De his , qui effuderint vel deiecerint.

1. **A**D securitatem publicarum viarum, conseruandam proposuit prætor actionem de effusis vel deiectis, quæ competit ei, cui effusione damnum datum, contra inhabitatorem adium ad damnum pro diuersitate circumstantiarum reparandum simulque ad poenam sustinendam.

2. Requiritur itaque (I) ipsa deiectio vel effusio, quæ in faciente verum delictum operatur, & sic si constet de eo, ex L. Aquilia conueniri potest. Quatenus autem quilibet inhabitator exinde obligatur, ex quasi delicto actio oritur. l. 1. §. 4. b.

3. Ex quo porro sequitur, non quæri in hac actione quis deiecerit vel effuderit, sed tantum an aliquid effusum sit Hahn. ad W. h. n. 4. imo

nec culpa in habitatoris hic probanda, quæ tamen in L. Aquilia probanda erat. Simpliciter enim habitator suorum culpam præstat, l. 6. §. 2. b. & si plures in eodem cœnaculo habitent, singuli in solidum tenentur, l. 1. §. 10. l. 3. l. 4. b. Si vero inter plures diuisum sit cœnaculum, is solus obligatur, qui inhabitabat eam partem, vnde effusum est. l. 5. pr. b.

4. (II) Ut deiectum quid sit in loco, in quo vulgo iter fieri solet, aliud si in secretis locis, l. 1. §. 2. (III) adfit deiciæntis culpa, secus est si præmonuerit.

5. (IV) Ut ex effusione *damnum* alicui datum sit, pro varietate vero damni dati variat vindictio damni. Et quidem (α) si liber homo perit, quilibet ex populo agere potest, ad pœnam 50. aureorum, auctori applicandam, l. 1. §. 5. b. daturque intra annum, non tamen in heredem nec heredi, l. 5. §. 5. b.

6. Quod si (β) liber homo læsus sit, ipsi perpetua datur actio, ceteris intra annum, quod Iudici bonum & æquum visum fuerit, l. 5. §. 5. b. computando impendia in curatione facta, & operas, quibus caruit aut cariturus est, ob id quod inutilis factus, l. 7. b. Simul respiciendus probabilis vitæ terminus, & an non sibi aliunde victum quærere possit, Dn. Stryk in V. M. b. §. 4.

7. Denique (γ) si in rebus æstimabilibus *damnum* datum, datur in duplum l. 1. §. 5. quæ perpetua est, in heredem tamen non datur.

8. Pro-

8. Proxima huic actioni est *deposito vel suspensio*, quæ datur, ubi quid periculose ex ædibus, positum vel suspensum est, supra locum, ubi vulgo iter fieri solet, ad pœnam 10. aureorum *l. 1. §. 6. b.*

9. Quodsi non amplius pendeat, sed ceciderit vel prior actio locum habet, *l. 1. §. 3. b.* vel *L. Aquilæ l. 5. §. 12. b.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. 2. 4. 9. f. l. 2. l. 3. l. si vero. §. pr. §. 2. 4. 5. 6. 11. 12. l. cum liberi, 7.

Tit. IV. (III. 41.)

De Noxalibus actionibus.

1. **P**ropter delicta priuata seruorum in Dominum præsentem serui, datur actio *noxalis*, vel ad noxæ dedendum seruum, vel ad litis æstimationem præstandam.

2. Imprimis hic requiritur ignorantia Domini, *l. 2. pr. b.* de damno enim a seruo sciente & prohibere valente, vel etiam iubente Domino contingente, Dominus directus tenetur. *l. 2. 3. 4. b.*

3. Hodie hic titulus magis historicus, quam utilis est, Dn. Hoppe *ad hunc tit. I. §. 5.* neque enim applicari potest ad famulos nostros, qui ex propriis delictis tenentur, nisi circa officium deliquerint, Dominisque imputari possit culpa, in eligendis famulis admissa, Dn.

Hop-

Hoppe *c. l. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 4. & 5.*
 Hahn. *ad W. b. in fin.*

4. Alias ne quidem respectu mercedis residuae, actio in Dominum hodie datur, per modum arresti tamen sicuti aliis etiam debitoribus ei iniungi potest, ne soluat mercedem, Dn. Schilt. *ex 19. tb. 81.*

TEXT. NOTAB.

L. in omnibus. 3. l. in delictis. 4. l. si communis. 9. l. si quis a multis. 14. l. electio. 26. l. in noxalibus. 30.



Lib. X. Tit. I. (III. 39.)

Finium Regundorum.

1. SEquuntur *Iudicia diuisoria*, in quibus hæc singularia occurrunt, [1] quod sint *duplicia* h. e. vterque litigantium possit esse actor & reus, *l. 37. §. 1. de O. & Ad. 10. b. l. 44. §. 4. fam. l. b.* Is tamen actor est, qui prior ad iudicium prouocat *l. 2. §. 1. comm. diuid.* [2] *mixta* h. e. tum ex iure in re, tum ex iure ad rem *l. 1. b. l. 22. §. 4. fam. Erciscund. l. 1. comm. diuid.* [3] *generalia* ob præstationes personales generales [4] quasi contractum supponentia.

2. Prima est actio *finium regundorum*, quæ datur inter eos. qui confines habent agros, ad dirigendos fines, & præstationem eius, quod interest, *l. 4. §. 1. b.*

3. Re-

3. Requiritur itaque [I] *ut litigantes sint confines. h. e. Domini agrorum vicinorum vel aliud ius in re habentes l. 4. §. 9. b.* Non itaque habet locum, si via publica vel flumine distinguantur *l. 4. §. ult. b.* vel focii sint *l. 4. §. 7. b.* Huber. *b. §. 4. in fin.* Franzk. *b. n. 14. 15.*

4. [II] *Ut agatur de finibus pradiorum rusticorum l. 4. §. 10. b.* In ædificiis fines non dantur, cum parietibus distinguantur. Ast inter agros fines certi erant olim constituti, h. e. spatium certum intermedium *quinque pedum ex L. Manilia, quod præscribi non poterat Cic. l. 1. de LL. Dn. Schilt, Ex. 20. §. 46.* quod si itaque de hoc publico limite constabat, licet ultra illum aliquod esset ab altero occupatum, non summovebatur exceptione præscriptionis: Si vero de certis finibus haud constat, libera finalis iurgii intentio peragi, & præscriptio locum habere potest. *l. pen. C. b.* Idem applicatur ad fines parochiales certos & publice determinatos, qui etiam sunt in præscriptibiles. Si vero non constat de certis limitibus, præscribuntur 30. annis *c. 4. X. de paroch. c. 6. C. 16. q. 6. conf. Ius nostr. paroch. Sect. 3. cap. 3. §. 13.*

5. [III] *Ut fines probentur, quod fit per testes senes, instrumenta, libros censuales, Mascard. de prob. Vol. 1. concl. 393.* præsertim per signa finalia, quæ ordine recenset Dn. Stryk. *in V. M. b. §. 5.* habentur autem lapides pro finalibus, si carbones vel fragmenta vitri, vel lapilli minores supposita deprehendantur *Id. c.*

l. §. 9. Admittuntur etiam probationes leuiore & femiplenæ ob negotii antiquitatem, *Ius paroch. cit. loc. §. 12.* Solet hunc in finem pro meliore informatione Iudicis ab vtraque parte Iudici offerri ichnographia. *R. I. de anno 1654. §. 51.*

6. Officium Iudicis consistit in dirigendis finibus adhibitis agri mensuris *l. 8. pr. b. Dn. Schilt. cit. l. §. 10. & 11.* quem in finem ocularis inspectio institui solet, *l. 8. §. 1. b. R. I. c. l. Dn. Hert. de ocular. inspect. §. 21. Dn. Stryk. de iur. sens. diff. 1. c. 2. n. 10. & seqq.* & ita veteres restituntur.

7. Aliquando etiam amouendæ obscuritatis gratia, fines novos constituit, *l. 2. §. 1. b.* alterumque, cuius prædio aliquid adiicitur, in certam pecuniam condemnat, *l. 3. b.* Ratio quoque habenda est eius quod interest *l. 4. l. 4. §. 1. b.* & fructuum, *l. 4. §. 2. b.* & denique damnorum datorum.

8. Potest etiam criminaliter de finibus agi, si terminus dolo motus sit, *l. 4. §. 4. b.* ita vt moribus nostris remedium ciuile cum criminali hoc cumulari possit, *Dn. Schilt. cit. l. §. 23.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Hæc actio. 2. l. sed & loci. 4. §. 1. 2. 6. 9. 10. f. l. de irruptione. 8. l. Iudicium. 9. l. Iudicium communi. 10. l. in finalibus. 11. l. vlt.

Ex Codice l. successionum. 2. l. quinque pedum. §. l. vlt.

Tit. II. (III. 36.)

Familiæ Herciscundæ.

1. **A**ctione *Familiæ Herciscundæ*, agitur inter coheredes, de rebus communibus hereditariis diuidendis, & aliis præstationibus personalibus faciendis.

2. Præsupposita huius actionis sunt (I) *communio hereditatis*, & hæc actio est realis, quatenus autem alter heredum solus administravit rem communem, est personalis. Ex quo fuit, Iudicium hoc tunc demum locum habere, si alter alterum pro herede agnoscat, *l. 36. b. l. 51. §. 1. b.* Quod si is, qui possidet, neget alterum coheredem, hereditatis petitione res expedienda, si vero alter simul eam partem possideat, quæstio hereditatis tanquam punctus incidens in eodem Iudicio pertractatur, *l. 1. §. 1. b.*

3. Perinde autem est, inter quos heredes communio sit, *l. 40. l. 2. l. 24. §. 1. b.* sicuti parum interest, utrum omnes an pauciores ad diuisionem agant, *l. 2. §. 4. b. l. 43. b.* Quamuis absenti per præsentium diuisionem non præiudicetur, *l. 17. C. b.*

4. (II) *Vt prouocans ad diuisionem libere disponere possit*, si enim minor ad diuisionem prouocet, Iudicis decretum cum causæ cognitione requiritur, quamuis si prouocetur, hoc non requiratur, *l. 17. C. de præd. minor.*

5. (III)

5. (III) *Vt diuisio rerum hereditariarum recte ineatur.* Vbi requiritur (a) *ut res in diuisionem venire commode possint*: quædam enim iam diuisæ sunt, v. c. si ipse defunctus diuisionem, iam fecit *l. 10. §. 21. C. b.* quin & nomina ipso iure iam diuisa sunt, *l. 2. §. 5. l. 4. pr. b.* Quamuis ad officium Iudicis nonnunquam pertineat, ut debita & credita vni heredum in solidum attribuat, *l. 3. b.*

6. Quædam diuidi honeste non debent, ut libri improbatæ lectionis, vel quod alias ex scelere acquisitum est. *l. 4. b. l. 59. §. 1. ff. pro socio.* conf. Huber. *b. §. 4.*

7. Quædam denique diuidi non possunt, ut seruitutes reales, *l. 25. §. 9. seqq. b.* & obligationes pœnales, *cit. l. §. 13.* & obligatio pignoratitia, *l. c. §. 14* quo casu in solidum singuli heredes inde obligantur; officium tamen Iudicis est, ut interpositis cautionibus efficiat, ne factum heredis coheredi noceat. Cautiones quoque & instrumenta hereditaria non diuiduntur, sed apud eum relinquuntur, qui vel maiori ex parte heres est, vel quem fors aut consensus reliquorum elegit, *l. 4. §. 3. l. 5. b.*

8. Quædam denique, etsi in hereditate reperiantur, non tamen communes sunt, sed alteri heredi propriæ, veluti prælegata, *l. 42. b.* & quæ collationi alias non subiacent, ut expensæ studiorum, *l. 50. b. & c.*

9. Proprie itaque huc spectant *res hereditariae communes*, & *præstationes personales*, veluti fructus

fructus ab vno coheredum percépti, *l. 19. b. l. 4. l. 13. C. b.* & damna culpa leui data, *l. 25. §. 16. b.* sumptusque in communem hereditatem facti *l. 18. §. 1. C. b. l. 3. C. de negot. gest.*

10. Requiritur quoque (β) *ut ipsa diuisio legitimo modo fiat*, quæ fit vel iudicialiter, vel extraiudicialiter, in *iudiciali* (1) attendat Iudex, ne quicquam supprimatur *l. 44. §. 4. b. Meu. 6. D. 108.* (2) absentibus curator constituatur, *Id. 4. D. 368. n. 3.* (3) in ipsa diuisione sequatur imprimis Iudicium defuncti, *l. 16. l. 26. C. b.* (4) corpora hereditaria æqualiter distribuuntur, vel si diuidi non possunt, vni adiudicentur, interueniente etiam licitatione, *l. 1. C. comm. vtriusque Iud.* vel etiam sorte, *Huber. b. §. 8.* (5) omnes res diuidantur, quod si tamen quædam res indiuisæ relictæ, de his postea agi potest communi diuidendo, *l. 20. §. 4. b. Hahn. ad W. b. n. 7.*

11. *Extraiudicialis* diuisio variat secundum locorum consuetudines. In Saxonia maior diuidit, minor eligit, *Landr. l. 3. art. 29.* modo tantum sint duo coheredes & eiusdem sexus: si diuersi, indistincte femina diuidit, masculus eligit, *Dn. Stryk. in V. M. b. §. 3.* alias de iure communi licitatione vel sorte res expedienda, *Meu. ad ius Lubec. p. 2. t. 2. art. 5. n. 19. seqq.*

12. Denique (γ) *ut æqualitas inter coheredes obseruetur.* Quod si alter heredum se læsum dicat, videndum, vtrum diuisio iudicialiter

an extraiudicialiter facta: illo casu standum simpliciter diuisioni *l. 36. b. l. 65. §. 2. ad Sc. Trebell.* Hoc vero attendendum, vtrum læsio contingat ex *æstimatione rerum diuisarum*, & non attenditur læsio, nisi vltra dimidium fuerit, *l. 1. C. commun. vtr. iudic.* an vero circa ipsas res diuidendas & quæcunque inæqualitas reparanda, *l. 3. cod. Dn. Coccei. diff. ad remed. l. 3. cit. Sect. 2. §. 5. seqq.* an vero denique contingat ex *euictione*, ad quam heres coheredi obligatur, *l. 25. §. 21. b. l. 66. §. vlt. de euict.* Quod si ipse testator diuisionem fecit, videndum vtrum inter extraneos & liberos facta sit: quoad hos, euictio non præstatur, quoad illos secundum præsumptam voluntatem Patris statuendum, *l. 77. §. 8. de legat. 2. l. 33 b. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 9.*

13. Communio ipsa est in præscriptibilis, quamdiu res *ut communes* possidentur, *l. 14. §. 2. comm. diuid.* præscribitur tamen huic actioni per 30. annos, si vnus coheredum res communes, vt proprias, bona fide possederit, *l. 1. §. 1. C. de annal. except.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. per familia. 2. §. 3. 4. f. l. plane ad officium. 3. l. si quæ sunt. 5. l. & post litem. 12. §. 2. l. & puto officio. 16. §. 4. l. si filii. 20. §. 1. 4. l. Heredes 25. §. 9. 16. 20. 21. l. in hoc iudicio 27. l. cum putarem. 36. l. qui familia. 37. l. l. arbitrum. 43. l. inter coheredes. 44. §. 3. 5. l. si familia. 48. l. quæ præter. 50. l. si familia. 55. l. vlt.

Ex *Codice.* l. aduersus. 3. in f. l. si filius fam. 4. l. in ipso. 5. l. ea que. 6. l. quotiens. 10. l. si familia. 14. l. filii patris. 16.

l. coheredibus. 17. l. filiz. 18. l. si cogitatione. 21. l. ex
causa. 25. l. inter omnes. 26.

Tit. III. (III. 37. 38.)

Communi diuidendo.

1. **A**ctione communi diuidendo agitur de rebus singularibus communibus diuidendis inter socios, praestationibusque personalibus faciendis. Neque enim actio pro socio sufficere visa fuit, quae magis ad praestationes personales pertinet, l. 1. b.

2. Praesupponitur itaque (I) *rerum singularium communio*, siue contractu societatis inita fuerit, siue partes in eam inciderint l. 2. b. vid. Franzk. b. n. 5. seqq. siue possideant siue non, l. pen. b. siue Domini sint, siue b. f. possessores, l. 7. pr. §. 1. §. 2. vel alio modo ius in re habeant, l. 7. §. 6. 7. 8. 9. b. Non vero sufficit ius ad rem, l. 7. §. 11. Vbiq̄ue tamen communio adesse debet ex iusta causa, l. 7. §. 4. 5. b. l. 70. in f. de fidei. l. 12. §. 1. de furt. Vtilis etiam actio datur, finita etiam communione de praestationibus. l. 6. §. 1. b.

3. (II) *Vt alter sociorum partem suam separatim administrare non potuerit*. alioquin negotiorum gestorum actio datur l. 6. §. 2. b.

4. (III) *Vt quod in re communi actum, communi quoque nomine gestum sit*, l. 14. pr. b. licet agens in persona errauerit l. 6. pr. b. Hinc qui non

communi nomine, sed vt fructus solus lucretur, agit, damnum sentire debet, lucrum vero communicare *l. 6. §. 2. b.* & quando quis aliquid impendit in rem communem quasi suam, tantum retentionem habet, non actionum. *l. 14. §. 1. b.*

5. His suppositis datur hæc actio, non obstante pacto contrario *l. 14. §. 2. b.* aut prohibitione testatoris *l. 59. ff. pro soc.* nisi ad tempus prohibita sit diuisio *l. cit. 14. Dn. Stryk. in V. M. b. §. 4. Meu. 9. D. 157.*

6. Principaliter datur ad diuisionem, eodem modo fere instituendam, vti in famil. hercisc. iudicio *l. 6. §. 11. b.* Ante omnia voluntati partium standum *l. 3. in f. b.* & denique, vel licitationi *l. 1. C. b.* vel forti res commitenda, si alius modus diuidendi deficiat, Meu. *2. D. 21.*

7. Deinde quoque hic veniunt præstationes personales *l. 4. §. 3. b.* dum focii tenentur (α) ad restituenda damna data in re communi *l. 8. §. 2. l. 20. b.* quo etiam pertinet, si quid factum in re communi inuito socio *l. 12. §. 28. b.* modo tale quid factum sit, ad quod res communis non est destinata, alias melior est conditio facientis *l. 68. ff. pro soc. Meu. 7. D. 44.* (β) ad lucrum communicandum *l. 11. b.* modo post communionem perceptum sit. *l. 4. §. 3. h.* (γ) ad impensas pro parte refundendas *l. 4. §. 3. l. 11. b.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. nihil autem. 2. pr. §. 1. l. per hoc iudicium. 4. §. 2. 3. l. si quis putans. 6. §. 1. 2. 11. l. communi diuidundo. 7. pr. 8. 6. vlt. l. & si non omnes. 8. pr. l. in summa. 11. l. in hoc iudicium. pr. §. 1. 2. l. vt fundus 18. l. si is. 20. l. Sabinus in re communi. 28. l. si quis. 29.

Ex Codice. l. 1. l. Si probatum. 2. l. si maior. 4. l. vlt. *comm. diuid.* l. diuisionem. 1. l. maioribus. 3. l. de instrumentis. §. 1. 7. l. si inter vos. 8. l. familia. 9. l. scriptura. 10. *comm. vtriusque iudic.*

Tit. IV. (III. 42.)

Ad exhibendum.

1. **A**ctione ad exhibendum opus fuit ad demonstrandum, alterum rem possidere, vel ob aliam causam, quarum multæ esse possunt. *l. 3. §. 1. b.* Vnde præparatoria est rei vindicationis & in genere actionis realis, *l. 3. §. 3. b. l. 1. b.* Est autem *exhibere, facere in publico potestatem, ut ei, qui agat, experiundi sit copia. l. 2. b. l. 6. b.*

2. Oritur hæc actio ex obligatione legali, Hahn. *ad W. b. n. 2.* & hinc personalis est; *l. 3. §. 3. b.* simul tamen in rem scripta *l. 3. §. f. b.* hinc datur aduersus omnem possessorem.

3. Requiritur vero hic (I) *ut intersit agentis l. 3. §. 9. b.* rem exhiberi & quidem (a) *pecuniariter l. 13. l. 19. b.* hinc iudex de hoc summariter cognoscit, *l. 3. §. 9. b.* non admittendo exceptiones altioris indaginis, *l. 3. §. 13. b.* (C) *ex iusta & probabili causa l. 3. §. 11. b.* (γ) &

dem utroque tempore, litis contestatae sc. & rei iudicatae, l. 7. §. ult. b.

4. (II) *Ut, alterum possidere, probet actor, quem in finem dicere argumenta rei debet* l. 3. pr. b. sufficit autem probasse alterum naturaliter possidere l. 3. §. 15. l. 4. b. licet mala f. l. 3. §. 11. b. l. 2. §. 1. expil. hered. C. 1. A. b. 35. Hinc heres non qua heres, sed qua possessor tenetur. Tenetur tamen ex dolo defuncti quatenus hereditas locupletior eo nomine reddita, l. 12. in f. h.

5. (III) *Ut habeat facultatem restituendi reus.* l. 5. pr. b. l. 7. §. 3. b. Alias, licet possideat, cauere tantum debet, se rem exhibiturum, si in potestatem suam peruenerit. l. 5. §. 8. b. Sic etiam per legem aliquando hæc facultas admittitur. l. 6. in f. h.

6. Ceterum si propter dolum rei exhiberi non possit, nihilominus eo nomine damnandus est l. 9. pr. & §. 4. b. præstito iuramento in litem l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. b. dolus enim pro possessore est. Culpa tamen non sufficit l. 7. §. 5. b. nisi res perierit propterea, quod non statim fuerit exhibita, & alter temere liti se commiserit, l. 12. §. 4. b.

7. (IV) *Ut exhibeatur in eadem causa.* l. 9. §. 5. b. l. 6. b. non deteriorata aut mutata l. 9. §. 3. b. & (V) *cum omni causa,* l. 9. §. 6. 7. b. §. 3. l. de off. iud. (VI) *sumtibus petentis,* l. 11. §. 1. b.

8. Denique (VII) *Ut res possit in publicum exhiberi.* Hinc tantum respectu mobilium agi posse


posse volunt. C. I. A. b. n. 6. Verum quid si res immobiles lateant? nec obstat, quod ita earum argumenta doceri non possunt iuxta l. 3. pr. b. nam id non præcise requiritur, si modo iuste ea ignoret, l. 3. §. 7. b. Dn. Stryk. ad Lauterb. b. p. 279. verb. incognita. Hahn. ad W. b. n. 5. Brunnem. ad l. 8. inf. b. Dn. Thomas ad Huber. b. inf.

9. Hodie peculiari actione non est opus, sed expeditius exhibitio petitur per mandata compulsoria Hahn. cit. l. inf. Schilt. Ex. 29. ep. 91. Ut tamen eadem requisita supponi debeant.

TEXT. NOTAB.

L. exhibere. 2. In hac actione. 3. pr. §. 2. 3. 7. 9. 11. f. l. nam & cum eo. 4. l. Gemma. 6. l. Tigni. 7. pr. §. 4. 5. l. Iulianus scribit. 9. §. 5. l. sed & si hereditas. 11. §. 1. l. de eo exhibendo. 12. §. 2. 3. 5. f. l. si liber homo. 13. l. si quis hominem. 17. l. ad exhibendum. 19.

Ex Cod. l. Neque. 3. l. ad exhibendum. 5. l. exhibitionis. 7. l. si res tuas. 8. l. vlt.



Lib. XI. Tit. I.

De interrogationibus in iure faciendis, & interrogatoriis actionibus.

I. Interrogationes olim in iure ab actoribus fiebant vel ad fundandam actionem l. 1. 2. 3.

b. iam antea competentem, vel ad *querendam nouam* cum responsione sua reus adstringebatur tanquam ex qs. contractu *l. 11. §. 9. b.* quem in finem *interrogatoria actio* erat comparata, quæ in desuetudinem iam olim abiit *l. 1. §. 1. b.* sed non ita interrogationes pro fundandis actionibus iam competentibus, Dn. Stryk. *de prob. per interrog. aduers.* §. 11. *seqq.* & 29. quæ & hodie vtilis esse possunt, Id. §. 14. præsertim si super titulo quis interrogetur *l. 11. C. de petit. hered.* Dn. Stryk. *de necess. edend. tit. poss. c. 2.*

2. Iudex quoque, vbi eum æquitas mouerit, interrogare litigantes potest *l. pen. b. in* quauis iudicii parte, etiam post conclusionem in *Causa R. I. de A. 1654. §. 41. inf.* Dn. Stryk. *de interrog. c. l. §. 31. seqq.* Vbi vero iudex non habet ius interrogandi v. c. in criminalibus, cessantibus iudiciis, ibi responsio non nocet.

3. Iure Canon. & moribus interrogationes & responsiones quædam sunt introductæ, proximam viam ad probandum aperientes, *positiones* scil., per quas præstito iuramento dandorum probaturus ab altero elicere confessionem fatagit, exigens proinde ab altero iuramentum respondendorum. Sed ita vix per iuria euitantur.

4. Modus procedendi per *positiones* est hic [1] offerantur intra terminum probatorium, [2] in causis ciuilibus [3] concipiuntur de facto, quod probandum est [4] non perplexè nec

[5] obscure aut [6] alternatiue, multo minus [7] generaliter, quin potius [8] distincte vel vt non contineant diuerſas quaestiones. Sint quoque [9] releuantes Meu. 3. D. 241. [10] offerat se ponens ad iuramentum dandorum. Inde ponens positiones veras esse asserit, non qui articulos offert Michalor *de posit. c. 2. n. 15.* reuocatio tamen in continenti permisa Dn. Stryk. c. l. §. 70.

5. Sic quoque alter, quem *ponat* dicunt, respondere debet [1] *simpliciter*, alias habetur pro confesso c. 2. *de conf. in 6.* modo secundum vsum fori hæc pœna fuerit inserta citationi Dn. Stryk. c. l. §. 77. [2] *congrue*, [3] *rotunde* absque omni appendice R. I. *de Anno 1654. §. 49.* [4] *clare.* Præstat tamen hic quoque iuramentum, & hoc vtrouique est necessarium, licet iam ante iuramentum generale calumniæ sit præstitum Meu. 3. D. 175. quod non debebat fieri.

TEXT. NOT.

L. 1. §. 1. l. Edictum. 2. l. voluit. 4. §. 1. l. si sine interrogatio-
ne. 9. §. 5. 6. 7. l. de xrate. 11. §. 3. 4. 8. 9. l. confessionibus.
13. pr. l. vbiunque. 21.

Tit. II.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

1. **A** Gitur hoc titulo de certa specie fori competentis *ex continentia causarum*, v-
bi

bi in causa eadem vel connexa ad eundem iudicem superiorem, litigantibus omnibus communem, itur, non obstante exceptione primæ instantiæ.

2. Oritur continentia (I) ex *identitate causarum*, quando aduersus plures personas diuersas iurisdictiones agnoscentes, vel de rebus pluribus diuersis iudicibus subiectis, eadem, competit actio.

3. Hoc casu Iudex omnium superior ad eundem modo (I) plures rei vnum superiorem recognoscant, Umm. *ad process. disp. 4. n. 22.* quod sufficit, licet alias ad hoc forum commune quidam euocari nequeant ob beneficium de non appellando Dn. Stryk *ad Lauterbach. p. pag. 282. V. habeat.* alias necessario actio scienda.

4. Deinde (II) modo quis causas non vltro separauerit, aduersario tacente & non excipiente Mynsing. 1. O. 97. *in fin.* & denique (III) actor non captiose adiungat alium reo Principali, ut saltem eum prima instantia defraudet, Carpz. *lib. 2. resp. 17.*

5. (II) Ex *coniunctione causarum* oritur, quando vnum Iudicium alteri ita cohæret, vt vel (a) illud *preparet*, veluti actio ad exhibendum, vt res vindicari possint, & vbi de possessorio actum, ibi petitorium quoque instituendum, nisi obstet incompetencia respectu iurisdictionis, vel (β) *explicitet* atque liquidum reddat: veluti si plures adsint actiones, atque vni per alterum præiudicium fiat, Meu. 3. *dec. 90. & 1.*

d. 234. Sic etiam ex *accessorio*, *continentia* oritur. *Meu. s. D. 355.*

Tit. III. (VI. 2.)

De seruo corrupto.

1. **Q**ui seruum alienum dolose corrumpit, *quoad animum*, tenetur hac actione ad duplicem præstandum eius, quod actoris interest. Hæc singularia habet, quod licet sit prætoriam pœnalis, tamen perpetuo detur *l. 13. p. b.* & non infamet *arg. l. fin. b.* & inter coniuges detur tantum in simplum *l. fin. b.*

2. Quia vero Patria potestas olim admodum rigida erat, vt liberi fere eiusdem sortis haberentur cum seruis, hinc *utilis* actio ad liberos ab aliis corruptos extensa est; *l. 14. §. 1. h.* ex quo facile iudicari potest, vtrum hodie recte *DD.* hanc actionem *utilem* applicent ad maritum, Præceptorem, Magistratum &c. si hi, qui sub horum potestate sunt, corrumpantur.

3. Poterat quoque olim extra ordinem hæc corruptio vindicari *l. 5. ff. de extraord. crimin.* hinc forsan & hodie denunciasse Magistratui expedit, vt ex officio inquireat, *Schilt. ex. 21. r. b. 16.* Magistratui enim incumbit, ne scandala publica differantur, vnde postea calamitates in re publica oriri possint.

TEXT. NOTAB.

L. l. §. 4. l. in hoc iudicium, 10. l. Hæc actio, 13. l. Ut tantum
14. §. 1. l. ult.

Tit. IV. (VI. 1.)

De fugitiuis.

Seruus fugitiuus est, qui discedit a Domino cum animo, ne vnquam reuertatur l. 17. de edil. edict. a quo differt erro, qui pererrat quidem urbem, animum tamen redeundi non deposuit, cit. l. 17. §. 14.

2. Varia de fugitiuis constituta sunt in iure, v, g. si ad barbaros fugissent, pæna erat pedis amputatio l. 3. C. h. Si pro liberis se gesserant, grauius coercebantur l. 2. b. data simul facultate, in prædiis alienis requirendi fugitiuum, & hos puniendi, apud quos delituerant, si criminis essent conscii l. 1. §. 2. l. 3. b. Sed hæc quidem ad mores Romanos spectant.

3. Hodie si famuli aufugiant, exigere nequeunt partem mercedis futuri adhuc temporis, imo si doceri possit damnum, ad interesse non deerit actio, Dn. Schilt. ex. 27. §. 19. in not. Quod vero ad rusticos & proprios homines fugitiuos attinet, horum persecutio non addiscenda est ex iure Romano, sed moribus propriis Germanorum vid. Meu. Von dem Zustande Absoderung und vermieðerter Absolge der Bauers-Leute.

Tit. V. (III. 43.)

De Aleatoribus.

1. **H**Oc titulo cautum , ne ludi *fortuna* & certa ratione ludi *artis* admitterentur, cum facile abire possint in lacrymas *l. fin. C. b.* Interim ex principiis gentilismi permessi , per quos ciues inclarescere poterant, qui *virtutis* ludi vocabantur. *l. 2. b.*

2. Subinde quoque cautum (I) ne illud quod lusu perditum est, vnquam peti possit, quin si perditum iam solutum sit, conceditur, condictio ad 50. annos, quæ cuilibet de populo etiam competit *l. fin. C. b.*

3. (II) Ne collusores exactionem habeant, eius, quod ad lulum crediderunt, qui vero non collusit, pecuniam mutuam condicere non prohibetur Hahn. ad *W. b. n. 4.*

4. (III) Episcopi & alii sacris officiis præfetti per triennium ab officio suspendendi, si tantum spectatores adfuerint *Auth. interdici- mus C. de Episc. & Cler.* Singulare exemplum, ponit Schilt. c. l. §. 21. Zieg. tr. de *Episc.*

5. (IV) Receptores lusorum non habent, actionem de damnis & iniuriis *l. 1. pr. b.* bene tamen collusores, quo ipso tamen non excluditur coercitio publica. Huber. *b. §. 2.* Imo domus aleatoribus præbita fisco cedit.

6. (V) Constituta quoque est actio pœnalis in eos, qui alterum ludere coegerunt, vel a ludo

Iudo recedere volentem retinuerunt, & hi vel pœna pecuniaria multabantur vel in vincula publica ducebantur *l. 1. inf. l. 2. pr. h.*

7. Sed hæc quidem olim ex optimis rationibus inter Gentiles obtinuerunt. Hodie vero inter Christianos Iudi tolerantur, & colluctantes fouentur: forsitan nationi Germanicæ hoc connotatum vitium dixeris, cum & ab antiquis temporibus Germani a ludendi pruritu celebres fuerint Tacit. *de morib. Germ. c. 24.* Unde fere ubiq; condictio eius, quod Iusu perditum est, cessat, quin etiam nonnullis in locis datur simul exactio.

8. Maior est fauor & æquitatis ratio in *sponsionibus*, quæ sunt *conventiones conditionales*, quæ ab utraque parte in euentum certum aliquid ponitur, ita ut *condicione existente obligatio ad petendum efficax adsit.*

9. Eadem vero hic obseruanda sunt requisiti, quæ in pactis & conditionibus. Impri-
mis tamen curandum (1) ut *bona fides adsit*: Hæc respuit dolum, ut & varias ambiguas locutiones & sophisticas interpretationes, quæ hic adhiberi solent (2) ut *de re licita ineatur l. 17. §. f. d. P.V.* Sic ubi Iudi sunt illiciti, non licita quoque eo nomine est *sponsio l. 3. h. conf. Schilt. Ex. 21. th. 21. lit. b.* (3) ut non sit temeraria veluti de maxima parte bonorum. *conf. Schræter de sponsion.*

10. Hodie cum ex pacto detur actio, non ambigitur ex sponsionibus hiscè quoque dari actio-

actionem : quodsi tamen tertio res sit commissa, vt victori restituat, tenetur eo nomine actione P. V. l. 17. §. vlt. d. P. V.

11. De *Vrnis fortuna*, vbi veneri Lotteregen minor dubitatio est, quod permitti possint, si (1) ad bonum adhibeantur finem, (2) absque fraude omnia procedant. (3) auctoritate publica constituantur. Subest enim essitio spei. Alias magis e Republ. eliminandæ. vid. *Ord. Polit. Sax. tit 8. §. 2.*

12. Sicutidem *iudicium sortis* aliquando in subsidium adhibendum. Vbi (α) nulla alia elabendi via (β) & par omnium conditio (γ) res sit talis, quæ priuato subsit arbitrio. Hinc sortem in penis infligendis ab iniquitate vix liberari posse plurimi contendunt.

TEXT. NOTAB.

LL. omnes sub hoc titulo norandæ sunt.

Ex Codice. L. 1, l. Aluenum, vlt.

Tit. VI.

Si menfor falsum modum dixerit.

1. **E**X dolosa vel culposa *renuntiatione falsi modi* a menfore facta, a Prætorè introducta est *actio in factum* contra menforem ad id quod interest l. 3. §. 1. b.

2. Erat autem menforum olim magna dignitas

tas, Dn. Schilt. *Ex. 20. §. 10.* adeo vt veteres crediderint, inter talem personam locationem & conductionem non esse, adeoque magis operam *beneficium* esse, & quod datur, *honorarium*. Hinc ciuilem obligationem hic deficere crediderunt *l. 1. pr. §. 1. b.* Prætor itaque introduxit quidem actionem in factum, sed contra ius Ciuile non adeo rigide quid constituisse poterat, hinc satis abundeque mensorem, coerceri putauit, si dolum & latam culpam tantum coerceret.

3. Est itaque hæc actio magis ex negotio licito, quod inter mensorem, & alterum intercedit, cui per accidens dolus interuenit *l. 4. b.* & non præcise vbi agri metiuntur locum, habet, sed etiam si in ædificii, vini, frumenti, itineris latitudine mensura fefellit *l. 5. in f. l. 6. b.*

4. Hodie hac actione non esse opus putat Dn. Schilt. *Ex. 21. §. 24.* quod nostri agri mensores non sint in tanta dignitate constituti, vt non ex locato conducto possint conueniri, & sic maior diligentia præstanda, imo daretur, hæc actio etiam contra heredes contra *l. 3. §. 5. b.* vid. Dn. Thomaf. *ad Huber. b.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. l. vel per literas. 2. l. si duobus. 3. §. 1. 3. §. 1. Hæc actio. 4. l. si mensor. §. §. vlt. l. vlt. §. 2. 4.

De religiosis & sumtibus funerum, & vt funus ducere liceat.

1. **O**lim religiosum locum quilibet priuata auctoritate constituerebat, eique sanctitatem aliquam inesse voluerunt Gentiles. A. Gell. *de N. A. l. 4. c. 9.* Hinc oriuntur iuramentum ab Ethnicis dicta. Cic. *l. 2. d. LL. p. m. 448.* Requirebatur autem (I) vt cadauer vel præcipua pars hominis inferretur *l. 44. b.* destinatio enim sola non sufficiebat *l. 6. §. 1. b.* (II) in talem locum, vbi alicui esset ius inferendi, nec (III) alia ratione inferre prohibitum, veluti in vrbe *l. 3. §. 5. de sepul. viol. l. 12. C. b.* (IV) & quidem animo sepeliendi *l. 40. b.*

2. Sicuti vero olim fauorem summum habuit religio *l. 43. b.* ita sepultura quoque hodie ex causis naturalibus sua habet iura specialia, & imprimis celerrimæ est expeditionis, nullam admittens appellationem.

3. Interim loca publica semel sepulturæ sunt destinata, adeo vt nemo amplius sibi priuatum dormitorium auctoritate priuata eligere possit Dn. Stryk. *ad I. Eccl. Brunn. l. 2. c. 2. §. 12. verb. extra cæmeterium. Ius nostr. Paroch. S. 4. c. 2. §. 13.* quæ tamen constitutio non præcise ad

iura Episcopalia referri debet. Dn. Stryk *de iure funer. c. 1. §. 11.*

4. Sepulchra autem sunt vel *publica & communia*, & vt plurimum gratuita, vel *privata & specialia*, Circa illa obseruandum (1) *sepeliendum aliquem esse in ecclesia Parochiali*, vnde etiam peregrinus aliquando ad suam parochiam deferri potest, vbi tamen nimis auare Parochi, per quorum parochiam ducitur cadauer, funeralia exigunt Dn. Stryk. *de iure fun. c. 1. §. f.* Magistratui tamen denunciari hoc debet, per cuius territorium ducitur. *ius Paroch. cit. l. §. 5.* (2) *liberum tamen esse unicuique, sibi sepulturam alibi eligere c. 1. X. de sepult. Ius Paroch. c. 1. §. 8. seqq.* nisi fuerit sepultura indignus.

5. Est enim sepultura vel *honestæ*, consuetis ceremoniis adhibitis facta, de quibus tamen Princeps disponere, Dn. Thomaf. *de iure Princip. Euang. circa solenn. sepult.* adeoque solennia illa remittere potest, vt tamen maneat honesta: vel *inhonestæ*, quando quis vel absque ceremoniis in pœnam extra cœmeterium vel prope marginem eius vel etiam a carnifice in loco supplicii sepelitur, quæ in specie *asini-na* dicitur. Ex quo patet denegationem honestæ sepulturæ dependere ex iurisdictione criminali, quia genus pœnæ est. Dn. Stryk. *cit. l. §. 5.*

6. *Privata* sepulchra sunt vel *familiaria* vel *hereditaria*. Illa sunt, quæ quis sibi & familiæ suæ

ſuz conſtituit: *hac* vero, quæ quis ſibi heredi-
 busq; conſtituit *l. 5. b.* & conſeruantur quo-
 que illis, qui hereditatem repudiauerunt, vt
 & qui exheredati ſunt *l. 7. pr. b.* non tamen
 tranſeunt in heredes fideicommiſſarios *l. 42.*
§. 1. ad SCs. Treb. poſſunt tamen in alios quo-
 que transferri & alienari, vt tamen maneat
 ſepulchra Dn. Stryk. *c. l. c. 2. §. 10. ſeqq.*

7. Cautum vero iure Romano fuit, *nequis in*
alienum locum inferret, alias dabatur actio præ-
 toria in factum domino loci, aduerſus illicite
 inferentem ad hoc, vt vel cadauer tolleret vel
 loci prætiũ præſtaret *l. 7. 8. b.* quæ actio tam
 heredi, quam in heredem competit *l. 7. pr. b.*
 Socio tamen ſufficit actio famil. herciſc. vel
 comm. diuid. *l. 1. §. 1. b.* præterea etiam ad pœ-
 nam competit, ſi quis in locum publicis uſi-
 bus deſtinatum intulerit, *l. 8. §. 2. b.* Uſus hu-
 ius actionis in priuatis ſepulchris attendi ſo-
 let. Hahn. *ad W. b. n. 4.*

8. Cura funeris faciendi imprimis incum-
 bit ei, quem teſtator eligit, qui tamen ad hoc
 cogi nequit, niſi emolumentum a defuncto
 habeat *l. 12. §. 4. b.* adeoque imprimis obli-
 gantur heredes *c. l. l. 14. §. f. b.* Deinde quo-
 que in ſubſidium illi, qui ad alimenta defun-
 cto præſtanda obſtricti erant Dn. Stryk. *c. l. c.*
3. §. 4. adeoque, ſi vxor dotem habeat, ex qua
 ſepeliri poſſit, moribus non tenetur ex bonis
 propriis vxorem ſepelire *l. 16. ſeqq. b.* Con-
 tra filia in ſubſidium ex feudo funeranda. &c.

9. Si quis autem funeravit, qui non erat obligatus, eo nomine habet *actionem funerariam*, ad sumtus repetendos ab illis, qui funerare debuerunt. *l. 12. §. 5. l. 14. §. 5. b.*

10. Vt autem hæc actio locum habeat, requiritur (I) *vt funerans sumtus fecerit animo repetendi*; aliud, est si eos fecerit ex pietate h.e. ex sola affectione vel misericordia, animo non repetendi impensas *l. 14. §. 7. seqq. b.* illud parum refert, vtrum heres prohibuerit nec ne *c. l. §. 13.* (II) *Vt alia deficiat actio l. 14. §. 12. l. 15. b.* (III) *Vt sumtus sint intra modum facti.* Hinc non competit, si quis nimis parcus fuit in contumeliam defuncti *l. 14. §. 10. b.* vel etiam nimis immodice eos fecerit etiamsi testator ita voluit *l. c. §. 6.* ineptæ enim voluntates defunctorum haud seruandæ *l. 14. §. 5. b. l. 113. §. 5. ff. de leg. 1. l. 27. pr. de condit. instit.* Imprimis itaque hic respiciendum ad dignitatem & facultates defuncti *l. 14. §. 6. b.*

11. Funeris autem causa impensum illud demum videtur, sine quo honeste funus duci haud potuit *l. 14. §. 3. l. 37. b.* vnde & comendationum funebrium expensæ imputandæ *l. 14. §. 4. b.* Cic. *de Leg. lib. 2. p. m. 450.* de quibus impensis cognoscit iudex civilem iurisdictionem habens. Solent vero omne creditum præcedere *l. 45. b.* cum maxime sint priuilegiatæ *l. 17. de reb. auctor. iud.*

12. Tandem prouisum quoque iure R. fuit, ne quis impediretur mortuum suum in suum locum

locum inferre , alias dabatur *actio Pratoria in factum aduersus impediencem ad interesse*, hinc heredi & in heredem quoque datur. *l. 8. in f. l. 9. b.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. locum. 2. §. 1. 4. 5. 6. l. familiaria. 5. l. is qui intulit. 7. l. offa. 8. pr. §. ult. l. et si quis. 14. §. 6. 7. 8. 10. 12. f. l. in eum. 16. l. celsus scribit. 22. l. quod si nulla. 28. l. minime. 35. l. Diui fratres. 39. l. Si plures. 41. l. sunt personæ. 43. l. cum in diuersis. 44. l. impensa. 45.

Ex Codice. l. legatum. 3. l. si sepulchrum. 4. l. militis. 5. l. ius familiarium. 8. l. obnoxios. 11. l. mortuorum. 12. l. 19. l. sepulchri. 13.

Tit. VIII.

De mortuo inferendo & sepulchro ædificando.

1. **E**odem in casu, qui §. ult. tit. preced. explicatus est, datur etiam interdictum prohibitorium, *ne vis fiat ei, qui mortuum in suum locum inferre vult. l. 1. pr. b.* sufficit vero, per indirectum aliquem prohiberi *l. 1. §. 3. b.* Datur ex fauore religionis etiam illis, qui alias locum religiosum facere non possunt *l. 43. b.*


2. Aliud interdictum est de *exstruendo sepulchro* quo prohibet prætor vim fieri ei, qui sine dolo malo ædificare monumentum intendit, *l. 1. §. 5. b.* Solebant enim Romani amplissima monumenta exstruere, vt etiam in iis com-

morati liceret *l. 3. de sep. viol. l. 71. §. 2. de cond. & dem. Cic. cit. l.*

3. Tandem quoque *lege Regia* cautum, ne quis mulierem, quæ prægnans mortua sit, humaret, antequam partus ei excidatur, qui contra fecerit, *spem animantis cum gravida permissæ videtur. l. 2. b.*

TEXT. NOTAB.

L. Negat lex regia. 2. l. longa. 4.



Lib. XII. Tit. I. (IV. 1. 2.)

De Rebus creditis.

1. **C**redendi appellatio generalis est, complectens omnes contractus, *l. 1. b.* Contractus autem, quatenus pacto stricte dicto opponitur, est *conuentio forma specifica & certa constans, & vi antiqua gaudens producendi actionem, l. 7. §. 1. & 2. b.* & hoc sensu contractus dicitur habere, *nomen aut causam.*

2. Sunt vero contractus vel *veri* vel *quasi*. Illi dicuntur, qui vero consensu, siue expresso siue tacito constant; in *his* obligatio magis ex re nascitur, *l. 46. ff. de obl. & act. vid. tit. de pact. §. 15.*

3. Veri contractus sunt vel *nominati* vel *innominati*. Nominati propter definitam in iure naturam in peculiare nomen contractus tran-

transeunt, & in foro Romano nominatam actionem & sic specialem formulam præscriptam habebant secus ac nominati, Huber. *cit. de præscr. verb.* §. 2. Dn. Hennig. *ad Gros. lib. 2. c. 1.* §. 2. Secus ac innominati. De usu infra.

4. Nominati omnes quidem consensu constare debent; alii tamen præter illum requirunt traditionem rei, & hinc dicuntur *reales*, alii scripturam, hinc *literales*, alii verba hinc *verbales*. Denique quidam subsistunt in *solo consensu*, quamvis *specifico & determinato* ad certum obiectum, hinc *consensuales*.

5. Apud Germanos certe, quibus omnis promissi fides sancta fuit, hæc distinctio non occurrit, hinc eatenus illa recepta dici nequit, quatenus ad producendam obligationem ultra consensum aliquid iure Romano exigitur, Dn. Stryk. *de proband. vers. cred.* §. 3. & 4. Sic reales contractus de iure Rom. eatenus obligant, quatenus res interuenerat, *l. 17. pr. de pact.* ex quo fuit decisio *l. 11. §. 1. b.* quæ tamen rursus hodie aliter facienda, Brunnem. *ad cit. l. n. 8.*

6. Stricto sensu vox *crediti*, tantum refertur ad *mutuum*, quod inter reales primo loco eminet, & sic est *contractus realis, quo res fungibilis ita alteri datur, ut eadem in genere restituatur.*

7. In mutuo requiritur (I) *ut dans habeat dominium rei fungibilis l. 2. §. 4. b. l. 4. C. b.* unde in *re aliena fungibili non contrahitur mutuum,*

sed *exstans* vindicari potest, *consumta* vero b. f. condici, vel ad exhibendum agi, si dolus interuenit, l. 11. in fin. l. 13. b.

8. (II) *Vt habeat liberam administrationem rerum suarum*, hinc pupilli mutuum non valet, nisi *consumtio* accesserit l. 19. §. 1. b.

9. (III) *Vt res tradatur ex certa scientia*. Requiritur itaque *traditio*, etiam *fiſta*, Vid. l. 15. l. 11. l. 34. pr. *mandati*, hinc sufficit si Dominus suam pecuniam meo nomine dederit, vt mihi acquiratur actio l. 2. §. 4. l. 9. §. 8. b. Quod si error in acceptione adfit, siquidem consentiant in translationem dominii, licet in titulo dissentiant, transfertur dominium, l. 18. pr. h. l. 36. b. secus est, si dissensus adfit, ratione transferendi dominii l. cit. 18. §. 1. Dn. Hert. de conuent. Domin. translat. §. 17.

10. (IV) *Vt accipiens se obligare possit vel alia ratione non prohibeatur*, vt filius famil. ob Sctum, Macedon. & magistratus l. 33. b. l. 6. in f. ff. de offic. proc. qui tamen hodie non prohibetur Dn. Stryk. de prob. vers. cred. c. 1. §. 13. Quando autem hi, qui alios sub cura vel tutela habent, horum nomine mutuum accipiunt, specialiter requiritur *versio in rem eorum*, alias hi non obligantur Dn. Stryk. c. l. c. 2. §. 1. seqq.

11. Idem dicendum, si *administratores Ciuitatum* nomine earum contraxerint, l. 27. b. nisi ipsa Ciuitas vel vniuersitas contraxerit, vel hi, qui eam repræsentant, quales aliquando ipsi *administratores* Meu. 8. D. 162. vel *Syndicus*
ad

ad mutuuum accipiendum constitutus sit. Meu. 5. D. 384. Non probata autem priori casu versione, ipsi administratores soli obligantur Dn. Stryk. *de Caut. C. S. 2. c. 1. §. 3. seqq.* Idem dicendum quoque de mutuo administratorum Ecclesie, nomine eius accepto Dn. Stryk. *de prob. vers. cred. c. 1. §. 22. seqq.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 2. in f.*

12. (V) *Vt res alteri tradatur fungibilis seu quæ usu est absumtibilis vel naturaliter vel civiliter, modo etiam detur, vt fungibilis, cum etiam hæc vt certa species dari possit.* Conf. Dn. Thomas. *de pret. affect. in res fungib. non cad. c. 1. §. 16. seqq.* Dicuntur etiam hæc res *pondere numero & mensura constare*, hoc sensu, quod non aliter, in commercium veniant, nec aliter certum indiuiduum fiant, nisi pondere numero & mensura.

13. (VI) *Vt accipiens se obliget, ad rem fungibilem in genere restituendam.* Hinc differt a contractu *vitalitio*, vbi fors morte creditoris perit, & ideo maiores vsuras percipit Dn. Stryk. *d. C. C. cit. l. §. 33.* Per accidens tamen eadem res in specie restitui potest.

14. Restitutio autem fieri debet [α] *legitimo tempore*, scil. quod expressum est, alias utilis est *resignatio*, quia absque hac aduersus debitorem executiue procedi nequit Meu. *ad I. Lub. l. 8. art. 12. n. 11. Id. p. 1. D. 73. & 3. D. 144.*

15. [β] *In eadem quantitate.* Hinc quod *vltra sortem promissum, non debetur l. 11. §. 1. b.*

Aliud hodie vi pacti, modo vsuraria prauitas non subfit, Dn. Stryk. *de prob. Verf. cred. c. 1. §. 8.*

16. [γ] *In eadem qualitate & genere.* In pecunia tamen magis ad quantitatem, quam ad nummos respici solet, nisi certa species nummorum restituenda promissa *l. 3. b. conf.* Dn. Engelbr. *c. l. §. 5.* Cum vero in nummis qualitas propter mutatam bonitatem *externam vel internam* variare possit, ordinarie ad illam qualitatem est respiciendum, quæ fuit *tempore contractus*, quia eatenus quis obligatur, quatenus res interuenit, Dn. Berger *in Resol. LL. b. p. 177.* quæ sententia quoque in Saxon. indistincte obtinet vid. *Constit. Sax. p. 2. const. 28. ibique* Carpz. *def. 4. 5.* Consultum tamen est ad omnes lites euitandas exprimere in Chirographo æstimationem cuiusque thaleri Dn. Stryk *c. l. §. 12.*

17. Ex hoc contractu datur *condictio certi ex mutuo* aduersus debitorem ad id præstandum, quod in obligatione, vt hæctenus dictum est, continetur. Hodie vero, cum ordinarie mutuum in chirographum coniiciatur, siquidem instrumentum ipsum est liquidum, proceditur summarie & decernitur executio vel mandatum de soluendo sine clausula *R. I. de anno 1654. §. 174.*

18. Solet vero vt plurimum super mutuo *chirographum* conscribi, non vt inde vis obligandi oriatur, sed vt probationis vim subeat, *l. 4. ff. de fid. instrum.* potest tamen *per accidens* e-

ue-

uenire, vt dum non amplius quæstio, *utrum pecunia numerata sit nec ne?* verti potest, aliter simpliciter obligetur ad soluendum, quod se debere in chirographo scripsit & sic inde *oritur legitimus Contractus*, vbi quis ex scriptura obligatur ob præsumtum mutuum. conf. Merend. *controv. Iur. l. 1. c. 47.*

19. Est itaque *Contractus Chirographarius*, quando quis in chirographo confessus est sub spe accipiendæ pecunia, sibi pecuniam ex mutuo vel dote esse numeratam, cum obligatione adiecta, se illam rem legitimo tempore restituturum.

20. Requiritur itaque (1) vt scriptura contineat confessionem acceptæ pecunia (2) vt promissa quoque sit restitutio, alias tantum talis scriptura est documentum *ein Schein* / non chirographum Thom. *de Anargyr. pos. 3. n. 6. seq.* (3) vt scriptura sit concepta *verbis intelligibilibus* nec (4) suspecta aliter de falso (5) *causa debendi* adiecta. P. Muller *in Iurispr. elem. disp. 39. rh. 5. in not. lit. d.* Alioquin nulla inde oritur obligatio Dn. Stryk. *de Caut. Contr. S. 2. c. 7. §. 4. vbi n. 6. seq.* docet, quomodo defectus causæ suppleri possit.

21. Causa autem debendi hic non quæuis intelligitur, sed duntaxat *mutui & dotis* l. 14. §. 1. *C. de N. N. pec.* Struu. *in decis. Sabb. c. 13. Dec. 11.* Thomæ *cit. l. pos. 7. n. 16.* non alia negotia, l. 5. 11. 13. *C. de N. N. pec. l. fin. C. de dot. caut. non num.* ibi ergo standum scripturæ, donec con-
tra-

trarium probetur, *l. 13. cit.* quæ probatio biennio inclusa non est.

22. Imprimis vero (6) requiritur *ut intra biennium, propter numerationem non factam, nulla mota sit querela.* Intra biennium enim contra talem scripturam competit *exceptio non numerata pecuniæ*, adeo ut creditor numerationem, aliunde probare debeat, *l. 3. C. b.* unde utile est numerationi adhibere testes. *auth. si quis vult caute. C. qui potior. in pign.* qui vero dolose numerationem sibi factam falso inficiatur, conuictus condemnatur in duplum, *auth. contra C. de N. N. pec.* Imo intra biennium querela non numeratæ pecuniæ moueri potest, vel chirographum condici *l. 14. C. de non num. pec.*

23. In *dote cauta & non numerata* alius terminus est receptus; ita ut si intra biennium soluatur matrimonium, opponi possit hæc exceptio intra annum: Si autem intra biennium vsque ad decennium durauerit, intra tres menses querela permittitur: postea vero nullo modo. *auth. quod locum habet. C. de dot. caut.* In Aepochis vero intra 30. tantum dies post expositionem connumerandos opponi debet, post non amplius competit, *l. 14. §. 2. de N. N. pec.*

24. Currit hoc tempus a tempore interpositæ cautionis, *l. 14. pr. §. fin. de N. N. pec.* minori vero demum post minorennitatem completam, *l. fin. C. in quibus caus. in integr. rest.* Unde utile est intra biennium adhuc protestari de non numerata pecunia, sic enim exceptio ei

&

& heredibus datur ad 30. annos, *l. 8. C. de N. N. pec.*

2. Biennio præterlapso absolute ad solvendum condemnatur, cessante exceptione N.N. pecuniæ *l. 8. 10. 14. pr. & 5. 3. C. de N. N. pec.* licet debitor contrarium probare velit, *l. 3. C. eod. Dn. Berger. cit. l. qu. 3.* quamvis in foro alia remedia ordinaria non denegentur, quæ sententia ut æqua merito retinetur.

26. Quod si tamen post cautionem interpositam, semel debitum agnouerit, *l. 2. & 4. C. eod.* per se iam cessat hæc exceptio, ipsa tamen renunciatio huius exceptionis in instrumento facta, licet iurata sit, nihil prodest; Dn. Stryk. *de caut. contr. cit. l. 5. 10. seqq. Stru. in decis. Sabb. c. 13. dec. 15.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. mutuum. 2. §. 1. 3. 4. l. cum quid. 3. l. quod te. 5. l. certum est. 6. l. certi conditio. 9. pr. §. 8. 9. l. quod si. 10. l. Rogasti. 11. pr. §. 1. l. si a furioso. 12. l. si filius fam. 14. l. singularia. 15. l. si ego pecuniam. 18. l. non omnis. 19. §. 1. l. vinum. 22. l. creditor. 25. l. civitas. 27. l. qui pecuniam. 30. l. si & me & Titium. 32. l. periculum. 35. l. lecta. 40.

Ex Codice. l. neque. 1. l. si absentis. 4. l. si ex precio. 6. l. non vnde. 7. l. si pro mutuo. 8. l. eo quod. 10. l. incendium. 11. l. eum qui. 13. *si cert. pec.* l. si pecuniam. 1. l. minore. 2. l. si ex cautione. 3. auth. contra qui. l. aduersus. 5. l. si quasi. 7. l. adseveratio. 10. l. si transactionis. 11. l. generaliter. 13. l. in contractibus. 14. l. indubitati. 16. *de non num. pec.*

Tit. II. (IV. 1.)

De Iureiurando siue Voluntario, siue necessario, siue iudiciali.

1. **I**vs iurandum est *asseueratio religiosa, & animo iurandi facta, rei alicuius, adhibita inuocatione Dei in testem & vindicem.*

2. Vt legitime præstetur iuramentum requiritur (I) *grauissima necessitas*, quæ in iudicialibus facilius adesse potest, *l. i. b.* non vero in extraiudicialibus negotiis, vt adeoque talia iuramenta merito sint illicita, de quibus etiam videtur intelligendus Saluator noster *Matth. V. 33. seqq.* conf. *Iacob. V. 12.* Dn. Io. Sam. Stryk. *de eo quod iniustum est circa iuram. extraiudicial. c. 1.* multo magis illicitum erit, si nihil operari possit, quo refero *iuramentum religionis.*

3. (II) *Vt per verum Deum iuretur*, quia solus est (α) *omniscius* & (β) *omnipotens*, non per creaturas, nisi *implicite* intelligatur creator, *Matth. XXIII. 16. & seqq.* multo minus per Angelos & Sanctos, quamuis si cum gentili vel alterius religionis homine nobis res sit, in casu necessitatis vrgentissimæ accipi eo modo possit, quo illud præstari solet.

4. (III) *Vt adsit animus iurandi*, neque enim quæ-

quælibet inuocatio Dei in testem, & religiosa, assertio iuramentum statim facit, & sic frustra prouocatur ad Paulum *Rom. I. 9. IX. 1. ad Philip. I. 8. 1. Theff. II. 10. 1. Tim. II. 7. 1. Cor. II. 1. 2. Cor. II. 31.*

5. Adest autem animus iurandi maxime tunc, quando alter iuramentum sibi præstare vult, hinc impia esset *reseruatio mentalis*, si quis verba iuramenti proferre vellet absque animo iurandi, *quacunque enim arte verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientia testis est, hoc ita accipit, sicuti ille, cui iuratur, intelligit. c. 9. C. 22. q. 5. Dn Stryk. de iur. sens. diff. 10. c. 3. num. 6. seqq.*

6. Ex quo fluit, (α) *interno affectu* etiam iurari posse, licet verba non accedant, modo alia signa adsint, quod in mutuo euenire solet, Bachou. *ad Treutler. disp. 21. tb. 1. lit. a. Hiliger. ad Donell. l. 24. c. 13. lit. b.* (β) quælibet alia verba sufficere, quæ animum iurandi indicant, veluti *promissio in vim iuramenti*, Meu. *1. D. 146. Dn. Stryk. de usu iur. in iud. §. 14. item si quis aliquid asseuerat, per animam, per salutem.*

7. Vt tamen eo religiosior asseueratio fiat, plures alias solennitates requisierunt iudicia nostra, vnde dicitur *iuramentum solenne*, & vbi hoc requiritur, supra dictæ formulæ non sufficiunt. Setzer. *de iuram. lib. 1. c. 16. n. 17.*

8. Variant autem solennitates pro negotiorum grauitate. In criminalibus plures desiderantur, vid. Volckman. *emend. P. 1. c. 79.*

Or-

Ordinarie *avisatio de periurio* vitando adiungi debet, adhibito quandoque Ministro Ecclesie conf. Dn. Stryk. *de I. Sens. diff. 7. c. 1. n. 16. seqq.* & *diff. de V. iur. in iud. s. 9. seqq.* Dn. Ludouici *diff. de solenn. iuram.*

9. (V) *In iurante adfit intellectus & sinceritas.* Vnde minores admitti possunt *auth. sacramenta puerum. C. si adu. vendit.* Ex quo fluit (α) iurantem rem ipsam, de qua iurat, intelligere, debere (β) dolum & vim metumque ab omni iuramento abesse debere, alias non obligat. Dn. Stryk. *cit diff. s. 20.* Dn. Hert. *de Lytro s. 2. s. 2.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. s. 13.* (γ) suspectum de periurio ægre esse admittendum, Meu. 4. D. 118. conf. *c. 5. C. 22. q. 5.* Setfer. *de iuram. l. 4. c. 3. n. 11.*

10. (V) In obiecto requiritur *Iustitia c. 28. X. de iurei* ne fiat vinculum iniquitatis. Hinc etiam de illis non iurandum, quæ non dependent ex dispositione hominum.

II. (VI) *Veritas* seu conformitas linguæ cum mente *c. 26. X. de iurei.* Ex quo tamen non negatur iuramentum credulitatis. Nam & tunc veritas adest, quoties quis de eo iurat, quod credit ita esse. Alioquin periurium committitur, quod pœnis humanis vtique subiacet. Dn. Stryk. *de abbrev. process. per pan. mendac. s. 33.* Non itaque admittendus ad iuramentum, de quo probabilis adest suspicio, eum periurium commissurum *c. 5. C. 22. q. 5.* quod imprimis

imprimis iudici attendendum. Setfer. *de iuram.* l. 4. c. 3. n. 11.

12. Ita comparatum iuramentum stringit, conscientiam iurantis, vt & heredum, quamuis non quoad pœnam periurii. modo *status rei non fuit mutatus* Dn. Coccei. *de Claus. reb. sic stant.* c. 3. s. 3. Non tamen ex eo de iure Ciu. noua obligatio inducitur, sed sequitur naturam negotii *l. 5. C. de LL.* excepto iureiurando extrajudiciali. Nouam autem obligationem ei addidit ius Canon. (quamuis satis improuide, Dn; Io. Sam. Stryk. *de eo quod iniust. est circa iuram. extr. c. 2. s. 17.*) *c. 2. de pact. in 6. c. 28. X. b.* Vnde hodie volunt exinde dari actionem. Dn. Stryk. *de Vsf. Iuram. in iud. s. 18. seqq.*

13. Iuramentum autem præstatur vel *extra iudicium*, vel *in iudicio*. Illud dicitur *voluntarium*, & fundatur in conuentione quadam seu transactione, vnde, quæ alias in pactis, & transactionibus attenduntur, hic quoque desiderantur.

14. Datur exinde *actio in factum prætoria personalis aduersus illum qui detulit, ad præstanda illa, que in iuramento sunt deducta*. Hæc tamen actio priorem non tollit, sed ei accedit *l. 11. §. 1. b.* quin etiam *exceptio iurisiurandi* inde datur, *§. 4. l. de except. litis ingressum impediens*, si de illo statim constat, *l. 7. 8. 9. pr. b. c. 1. de litio Contest. in 6.* Donell. *l. 24. c. 9. & seqq.*

15. In iudicio varia iuramenta sunt recepta. Primo loco occurrit Iuramentum IUDICIALE

der Haupt. Und/ quod pars parti defert in iudicio, indice approbante.

16. Requiritur circa hoc iuramentum, (I) *ut deferens possit de re controversa transigere.* Et iam si alias deferens non facile admittatur ad iuramentum præstandum, qualis est infamis & de periurio suspectus, Brunnem. *de præcib. c. 23. n. 4.* habentur etiam hoc loco pro Dominis, Tutores & Curatores & procuratores vniuersorum bonorum, vel cum libera *l. 12. c. 19. l. 34. §. 1. l. 35. b.*

17. (II) *Vt deferatur illi, ad quem causa spectat, & qui notitiam eius habet, non habito respectu personæ, sexus, aut ætatis.* Interim si pupillo deferatur, illud inuitus subire non cogitur, uti nec tutor inuitus pro pupillo, *Meu. p. 7. D. 385.* Sic nec procurator & defensor iurare compellitur. *l. 34. §. 4. b.* Nec heres subire tenetur iuramentum, quod super facto proprio defunctus præstare debuit *l. 12. C. 4.* quamuis aliquando iuramentum credulitatis subire teneatur. *Carpzou. P. 1. C. 24. d. 8.* Imo si iuramentum iam susceptum a defuncto fuerit, aliquando *ex iustissimis circumstantiis* mors habetur loco iuramenti. Si ciuitati vel collegio deferatur, liberum ei est, per quos velint iuramentum præstare *Meu. 3. D. 54.* ordinarie, vero per seniores *Id. 7. D. 388.* qui etiam vnius ex confortibus in causa communi admittit *l. D. 237.*

18. (III) *Vt causa sit civilis vel talis, ubi non præcise requiritur probatio luce meridiana clàrior; hinc in criminalibus & matrimonialibus; quatenus tenderet contra matrimonium, hoc iuramentum non admittunt, modo constat de matrimonio iam contracto. Aliud si super folis sponsalibus lis sit, Dn. Io. Sam. Stryk. diff. de delat. iurant. in matrim.*

19. (IV) *Vt deferens præstet iuramentum calumnie alioquin delatum non præcise præstandum, l. 27. b.*

20. (V) *Vt terminus probatorius non sit elapsus, est enim species probationis, l. 5. §. 2. b. Faber. in G. tit. de reb. cred. def. 28. Neque nocet, si probationem actor iam aggressus sit, & in eadem defecerit. Franzk. b. n. 108.*

21. (VI) *Vt legitimo modo præstetur. Vbi præsuppono, sententiam iudicalem confirmatoriam præcessisse, illamque transiisse in rem iudicatam, ibique terminum ad iurandum esse præfixum. In Saxonia postquam sententia in rem iudicatam transiit, intra octo dies iurare iussus se offerre debet, & petere citari actorem ad iuramentum calumniæ & videndum iurare. Carpz. P. 1. C. 12. def. 6. 19.*

22. *Ordinarie præstandum est in Iudicio. L. 12. pr. §. 4. C. b. in persona propria Dn. Schilt. ex. 23. §. 36. seqq. nonnulli vero ex privilegio domi etiam id præstare possunt, l. 15. b. quo pertinent infirmi, senes, Meu. p. Dec. 421. & 422.*

& personæ egregiæ, Donell. *l. 24. c. 22. ibique Hillig.*

23. Si semel susceptum sit, præstandum est præcise, nec suscipiens aliis probationibus uti potest, nisi sub conditione susceperit, Meu. *6. D. 167.* nec reuocari illud amplius potest *id. 2. D. 93.* nisi ob nouas superuenientes probationes *l. 11. C. b.* & quidem præstandum in ea forma, in qua delatum *l. 3. §. f. b.* Potest tamen deferens hoc remittere, vt habeatur pro præstito conf. Meu. *4. D. 262. Dn. Hert. de Param. iur. l. 1. par. 32.*

24. Antequam autem suscipiatur, is cui delatum est, potest legitimis probationibus uti, vt tamen eo ipso non excludatur via veniendi ad iuramentum. Meu. *c. l. D. 168.*

25. Imo potest etiam *iuramentum referre*, si neutrum faciat, habetur pro confesso & conuicto *l. 38. b.* vbi requiritur, vt *is, cui refertur, æque notitiam rei, de qua iurandum, habeat l. 34. §. 8. b.* Procurator tamen absque speciali mandato referre, nequit Carpz. *l. 3. t. 1. R. 11. n. 4.*

26. Iuramentum hoc præstitum habet vim rei iudicatæ *l. 2. ff. b.* nec appellatio admittitur *l. 12. §. 3. C. b.* Meu. *1. D. 147. §. 3. D. 11.* multo minus nouæ probationes contrariæ *l. 11. b. l. 1. C. b.* excepto casu *in l. f. C. b.*

27. Alterum iuramentum iudiciale est NECESSARIUM, quod ob inopiam plena probationis iudex etiam non rogatus deferat actori vel reo, *l. 3. l. 11. §. b. l. 31. b.* & ni deferat, appellari potest Meu.

3. D. 47. estque vel *suppletorium* vel *purgatorium*.

28. *Suppletorium* est, quod iudex ei defert, qui *semiplene* vel *plus quam semiplene* probauit.

29. Hinc requiritur (I) *ut semiplene ad minimum probatum sit*, veluti per duos testes idoneos Meu. 3. D. 402. vel per vrgentes *præsumptiones* Id. 7. D. 375. & 3. D. 302. conf. Dn. Stryk. *de probat. semipl.* (II) *Vt probatio hac non sit elisa.* (III) *persona sit fide digna*, Meu. 4. D. 118. (IV) *Causa sit modica*, de qua iudex arbitrat^r Mynf. 4. O. 12. & 1. O. 68.

30. *Supplet hoc iuramentum imperfectam probationem*; hinc sequitur *sententia pro iurante l. 31. b.* quæ tamen retractari potest ob *instrumenta nouiter reperta cit. l. 31.* modo *aduersa pars in impositionem a iudice factam non consentiat* Dn. Schilt. *ex. 27. §. 45.* non excluduntur tamen testes nouiter reperti Dn. Stryk. *de probat. contra prest. iuram. leg. cap. 3. §. 6.*

31. *Iuramentum purgatorium est quod iudex causa cognita ei defert, qui præsumptionibus a parte aduersa allatis, semiplenam tamen probationem non constituentibus, grauatus est, ad elidendas istas præsumptiones.* Neque enim actore non plene probante, statim reus absolendus Meu. 8. D. 368. modo tamen non possint aliunde *præsumptiones elidi.*

32. *Facilius hoc admittitur, quam suppletorium: vnde etiam, ceteris paribus, imponi potest*

potest in causis criminalibus, quando iudicia leuiora adfunt, vt torturæ locus esse nequeat. Meu. 7. D. 227. n. 4. aliquando tamen, si persona non sit fide digna, territio decerni debet.

33. Præstito hoc, reus definitiue absolendus c. 8. X. de purg. Can. non autem semper, ab expensis, si causam dedit inquisitioni Heig. 1. Qu. 40. Dn. Stryk. *int. ad prax.* c. 20. §. 12. *in fi.* Habet tamen etiam hic locum remedium ex l. 31. ff. b. Dn. Schilt. c. l. §. 43. *seqq.*

34. Ad integritatem iudiciorum conseruandam introductum quoque est IURAMENTVM CALVMNIÆ GENERALE, cuius capita sunt, hæc (1) quod credat se bonam habere causam (2) interrogatus veritatem diffiteri nolit, (3) iudicem non corruperit, (4) falsa probatione uti nolit (5) nec superfluum probationem exigere vel (6) alio modo litem protrahere, & denique (7) si in progressu litis aduerterit, causam suam esse vitiosam, velit a lite desistere *aut.* in isto iuramento C. de iurci. propt. cal. N. 49. c. 3. R. I. de A. 1654. §. 43.

35. Ordinarie hoc iuramentum præstandum in omni processu, etiam secunda instantia (scil. ab appellante, non vero appellato Meu. 2. D. 324. & 1. D. 138.) nec remitti expressè potest, bene tamen tacite. Dn. Stryk. *introd. in prax.* c. 12. §. 4. Imprimis autem ante L. C. præstandum, in Camera autem demum post L. C. Gail. 1. O. 85. n. 1. sed minus commode Dn. Stryk. *de abbrev. proc. per pan. mend.* §. 49.

Imo

Imo in Saxon. ne quidem amplius præstatur, ob frequentiam periuriorum, quæ tamen evitari possent, si iudices suo non deessent officio.

36. Ab hoc differt; *Iuramentum malicia seu calumnia speciale*, quod pendente lite, quoties suspicio calumniæ adest, exigitur, de quo iudex arbitrari debet, Meu. 4. D. 164. & sic ex officio etiã parte non postulante iniungi potest. Id. 7. D. 387. Generale tantum semel, hoc vero pluries pro arbitrio iudicis exigi ac præstari potest, Franzk. b. n. 57.

37. Exigi potest iuramentum vtrumque ab omnibus. Quoad prius tamen excusantur, qui ex officio agunt, Meu. 6. dec. 138. Gail. 1. O. 90. vt & consiliarii Principum causas eorum in Camera peragentes R. I. de anno 1654. S. 43. ab utroque liberati sunt, quibus debetur reuerentia. Meu. 3. D. 91. l. 7. de obseq. Par. l. 8. S. 5. qui satisd. cogant. l. 34. S. 4. b. Illud vero durum, quod præstito generali iuramento, adhuc exigi possit speciale, Franzk. b. n. 59.

38. Præstitum hoc iuramentum excusat, quidem a calumnia, sed non a temeritate, hinc sequi condemnatio in expensas potest, l. 79. de iudic. Quod si actor illud præstare nolit, repellitur a iudicio l. 2. C. b. Reus vero pro convicto habetur, Gail. 1. O. 86. seqq.

TEXT. NOTAB.

L. iusiurandum. 2. l. et prætor. 3. pr. S. 2. l. non erit. 5. pr. S. 2. 3. l. remittit. 6. l. nam posteaquam. 9. S. 4. 2. f. l. quia. 10.

1. ad personas egregias, 15. l. si patronus, 16. l. iurandum. 17. pr. §. 1. f. l. qui curasse. 26. pr. §. 2. l. seq. l. in duobus. 28. §. 1. l. admonendi. 31. l. qui per salutem. 33. l. iurandum. 34. §. 2. 4. 6. 7. 9. l. manifestæ. 38.

Ex Codice l. causa. 1. l. iurisiurandi 2. l. in bonæ fidei §. l. nec filius. 7. l. actori. 8. l. delata. 9. l. si quis, 11. l. generaliter. 12. §. 1. 2. 3. l. ult.

Tit. III. (V. 53.)

De in litem iurando.

1. **I**uramentum in litem est, qua permittitur auctori, iudice deferente, rem quam petit, asserere, qua dolo vel culpa alterius restitui non possit.

2. Distinguunt hoc communiter, in affectionis & veritatis, in illo supponentes dolum vel culpam latam, in hoc culpam aliam minorem: ordinarie tamen propter culpam eius, qui non restituit, iuramentum locum non habet, l. 4. §. ult. l. 5. §. 3. b. l. 8. b. Dn. Thomaf. dissert. de pret. affect. in res fungib. non cadent. c. 3. §. 3. 4. 5. Huber b. §. 1.

3. Præsupponit itaque iuramentum in litem affectionis (I) rem, in quam cadere possit affectio, l. 3. b. neque enim aliter Iudex posset præfinire certam summam, usque ad quam iuret, l. 5. §. 1. b. extra ordinem tamen admittitur, quanti interlit, l. 7. Si seru. vindic. l. 10. b.

4. (II) Et iudex defers, alias non valet, l. 4. §. 1. b. vid. Hahn, ad W. b. n. 3. morem tamen gerere Iudex debet ei, qui non iuramentum hoc

hoc vult præstare, sed simplici æstimatione acquiescere *l. 71. de R. V.*

5. (III) *Vt res non possit restitui*, quæcunque sit, etiamsi fuerit immobilis, cum & in hanc cadere possit affectio *l. 1. §. 15. si quid in fraud. patr.* a recusante tantum restitutionem manu militari auferri potest, *l. 68. de R. V. l. 36. de liberal. caus.* ex quo concludunt Dd., ibi demum huic iuramento locum esse, vbi agitur de restituendo, *arg. l. cit. 68.* Sed vox restitutionis generalissima est, *l. 22. de V. S. Brisson. d. V. S. hac voce.* vnde etiam locum habet in emtione venditione, Dn. Thomaf. *cit. loc. §. 21. seqq.* Nec distinguitur, vtrum agatur ex contractu stricti iuris, an bonæ fidei, modo subsit res affectionem recipiens, *l. 5. §. 4. de in lit. iurand. Dn. Thomaf. cit. loc. §. 24.*

6. (IV) *Vt dolus alterius concurrat*, *l. 68. cit. l. 8. b.* Ob dolum tamen defuncti contra heredes non iuratur in litem. Sed quando locupletiores facti, reddere debent actione in factum instituta *l. 52. de R. V.* culpa tamen lata, hic quoque dolo comparatur, *l. 2. C. b. l. 223. & 226. de V. S.*

7. (V) *Vt præstetur ab actore, quiq; litem suo nomine contestatus est*, *l. 7. b.* Hinc procurator non iurat de affectione Domini, Donel. *lib. 26. c. 7. lit. D.* nec tutores coguntur, vt subeant hoc iuramentum, nisi sponte velint, quo casu rem æstimant non secundum suam sed pupilli probabilem affectionem *l. 4. pr. b.*

8. Hic concurrentibus, æstimatio arbitrario iurantis, modo probabilem habeat affectionem, committitur. *l. 1. l. 4. §. 2. b. l. 68. de R. V.* ut tamen Iudex ex certa causa temperare possit infinitam alterius iurandi libidinem, *l. 4. §. 2. & j. l. 5. §. 1. b.* Hoc vero præstito, iurans fit Dominus rei, propter quam iuravit, *l. 44. de R. V.* Si modo alter fuit Dominus, atquin ne quidem publicianam actionem habet, *l. 17. eod.* Nec cautionem propter ejectionem exigere potest, *l. 35. §. 2. eod.* aut ut actiones cedantur, petere, *l. 69. eod.*

9. Vbi culpa leui res restitui nequit, regulariter non est ius iurandum deferendum, sed æstimatio simpliciter fit a Iudice, *l. 4. §. 4. b. l. 68. de R. V. l. 2. §. 1. b.* Quod si autem inuestigari veritas a Iudice nequeat, tunc in subsidiario iuramento illa obtinenda est, *l. 5. §. 4. b. conf. Hillig. ad Don. l. 26. c. 10. lit. D.*

10. Si æstimatio variet, tunc quidem nulla mora præcedente in actionibus bonæ fidei, & arbitrariis rei iudicanda tempus obseruatur. Sed in stricti iuris iudiciis litis contestatæ, *l. 3. §. 2. commod. l. 37. de gest. mand.* si mora adsit, a tempore moræ vsque ad condemnationem, pretii aucti habetur ratio, *l. 3. §. 3. l. 21. §. 3. de action. empr. vend.* Hodie tamen indistincte rei iudicandæ tempus esse respiciendum, monet Schilter *ex. 23. §. 55. & 56.*

TEXT. NOTAS.

L. siue nostrum. 2. l. nummis. 3. l. videamus. 4. pr. §. 1. 3. 4. l. in actionibus. 5. l. vulgo. 7. l. Tuor. 8. l. via.
 Ex Codice. 1. is qui. 2. l. alio iure. 4. l. vlt.

Tit. IV. (IV.6.)

De conditione causa data,
causa non secuta.

1. **C**onditiones sunt actiones personales, quibus non Dominus agit aduersus Dominum, ut det vel tradat. Sunt autem imprimis hæ actiones naturales, vnde & Iuris gentium vocantur in l. 25. ff. rer. amot. Deducuntur enim ex naturali principio & æquitate: ne quis locupletetur cum damno alterius, l. 32. de reb. cred. l. 14. l. 15. pr. l. 66. l. 65. §. 4. de condit. in debit. l. 3. §. 7. l. 5. §. 3. h. Et ad hanc Icti vbique in definitionibus respexerunt.

2. Species harum conditionum prima hic proponitur, quæ est actio personalis, qua quis id, quod ob causam honestam futuram & expressam dedit, re non secuta repetit cum omni causa.

3. Requiritur itaque (I) vt res aliqua data sit, siue vere siue ficte l. 9. & 10. h. (II) ob causam futuram, l. 52. de condit. in deb. Inde contractus do vt facias supponitur, in quo tacite latitat obligatio restituendi, re non secuta l. 13. commod. (III) vt causa illa vel expresse adiciatur, vel tacite subintelligatur, ex natura rei, l. 7. C. h. l. 6. 7. 8. h.

8. b. (IV) vt *causa sit honesta & possibilis*. In inhonesta cessat conditio, l. 8. de *condict. ob turp. caus.* vt & in impossibili, quam quis talem sciuit, l. 8. C. b.

4. Denique (V) requiritur vt *causa non sit facta*, ob moram vel culpam ipsius accipientis vel ob pœnitentiam dantis, modo propterea accipiens non incurrat damnum. l. 5. pr. b.

5. Quod si res non propter culpam, sed casum fortuitum sequi non possit, conditio cessat, si non locupletior factus deprehendatur accipiens, l. 3. §. 3. l. 5. pr. §. 2. & 3. b. ex supra enim dato fundamento iniquum foret repetere rem ab eo, qui non hæret in lucro. Adeoque si repeteretur, damnũ fuisset passurus; Et ita Icti hoc principium obseruantes, pro variis circumstantiis rem deciderunt, l. 5. §. 3. & 4. b. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 2.

6. Instituitur hæc conditio ab eo, qui dedit: nam qui fecit, factum reuocari nequit, sicut nec heredes ex capite pœnitentiæ condicere possunt, si defunctus reuocare noluit, C. I. A. b. th. 5. n. 1.

7. Veniunt in hanc actionem etiam fructus & accessiones l. 7. §. 1. l. 12. b. siue ante siue post litem contestatam perceptæ fuerint, l. 38. §. 1. de *Vsur.* ne aliquod lucrum penes alterum resideat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. dedi tibi. 3. §. 3. 7. l. si quis. 4. l. si pecuniam. 5. pr. §. 2. 3. 4. l. si extraneus. 6. pr. l. vlt.

Ex Codice. 1. pecuniam, 1. l. ea lege, 3. l. si militem, 5. l. si re-
 petendi, 7. l. dictam legem, 8. l. pecuniam, 10. l. ult.

Tit. V. (IV. 7.)

**De condictione ob turpem
 vel iniustam causam.**

1. **C**ONdictio ob turpem causam, est actio
 personalis, qua id, quod ob causam respectu
 salius accipientis indecoram & turpem solutum est, ab
 accipiente repetitur cum omni causa.

2. Requiritur igitur (I) *Vt aliquid datum sit,
 ex turpi causa.* Turpe autem hic intelligitur,
 quod contra leges naturales & civiles susce-
 ptum est, & simul decorum ciuitatis lædit, l.
 42. de Verb. signif. Nam nec sola prohibitio le-
 gis hic sufficit, alias repeti non posset, quod
 lusu perditum, nec solum indecorum, alias
 absurda esset decisio l. 4. §. 3. b. de meretrice pud-
 citiam diuulgante, quod olim legibus inter-
 dictum haud fuit, Tacit l. 2. annal. C. 85. p. m.
 79. quamuis indecorum l. 38. pr. de oper. libert.

3. (II) *Vt solus accipiens turpiter accipiat,* & hoc
 respectu ex delicto eius hæc actio fuit, Dn.
 Thomaf. ad Strauch. diff. 22. th. 9. quando au-
 tem vtriusque turpitudine versatur, toties me-
 lior est conditio possidentis l. 3. l. 8. b. Sem-
 per enim esset allegatio propria turpitudinis;
 ex qua nemo actionem vel exceptionem ha-
 bere debet, Dn. Io. Sam. Stryk. de allegat. propr.

tur-

turpitud. c. 2. n. 22. & huc hodie etiam spectant
casus de meretrice accipiente pro usu corporis
pecuniam. A possessore tamen, quæ scelere
acquisita sunt, merito vindicat fiscus. l. 9. *in*
fin. de Iur. Fisci. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 4.
4. *Condictio ex iniusta causa*, aliquando
idem est, quod *condictio sine causa*. vid. Rubric.
C. de condict. ex leg. & sine causa vel iniusta causa.
Aliquando etiam idem, quod *turpis causa*, *Dn.*
Thomaf. cit. loc. aliquando striete significat
actionem personalem, qua id reperitur, quod ex cau-
sa a legibus in totum reprobata, quamvis non in
& turpi solutum est, l. 6. & 7. b. vnde differunt
iniusta & turpis causa, quod hæc sola iniusta
contenta sit; illa vero præterea turpitudinem
quandam civilem requirat, plerumque contra
iniure opponuntur, quæ contra ius & contra
bonos mores sunt. l. 112. §. 3. de legat. 1. l. 15. de
condition. instit. l. 15. §. 2. §. 6. ff. de iniur. & c.

TEXT. NOT.

L. 1. l. vt puta. 2. pr. §. f l. vbi. 3. l. idem. 4. l. si ob turpem
Ex Codice. l. si ex actione. 1. l. cum de. 2. l. quotiens. 4. l.
mercalem. 5. l. ob restituenda.

Tit. VI. (IV. 5.)

De Condiotione in debiti.

1. **C**ondictio in debiti, est actio personalis ori-
ta ex quasi contractu, qua quod ex errore in de-
bitum solutum, repetitur, ac si mutui instar datum
fuisse.

fuisse, unde pro mutuum a Dd. dicitur ad §. 1. *l. quib. mod. re contrab. oblig.*

2. Oritur ex quasi contractu §. 6. *l. de oblig. qua quasi ex contr.* Donell. *lib. 14. c. 14.* Nam dominium transfertur in accipientem, neque error translationem domini impedit, Dn. Hert. *de conuent. dom. transl.* §. 17. Huber. *b. §. 2.* unde contra tertium quoque non datur. *l. 4. §. 3. b.*

3. Requiritur autem (I) *ut aliquid sit solutum.* Nam si in area aliena ædificatum, hæc non competit. *l. 33. b.* Sicuti nec si quis tantum, promisit indebite, nam tunc datur condictio sine causa Hahn. *ad W. b. n. 3.* vel si solutum, a tali persona, quæ solvere non possit, *l. 29. b.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 6.*

4. (Ib) *Ut in debitum tale solutum, quod nec in re natura debetur.* Si enim obligatio naturalis adfit, impeditur repetitio, modo sit (a) *plena.* *l. 13. l. 26. §. 12. h.* Est enim hæc condictio ex æquitate naturali. *l. 66. b.* Hinc ex pacto vel a filio familias contra Scrum solutum, non, repetitur, Dn. Hertius. *diff. de condit. indeb. civ. deb. nat. §. 2. & seqq.* & ubi alias exceptio retentionis locum inuenit, *l. 51. l. 33. b.* aliud si ex obligatione *minus plena solutum,* Dn. Hert. *cit. l. §. 21.* modo soluens habuit animum soluendi quasi ex obligatione perfecta: secus est, si animum donandi habuerit, hoc enim casu, repetitio cessat, *l. 52. l. 65. §. 2. b.* Id. *c. l. §. 22.* (B) obligatio naturalis in totum *non repuhata* fit,

fit, alioquin hunc affectum perdit, *l. 8. §. 3. b. l. 16. in f. ad Sct. Vellei. l. 40. pr. l. 41. b.*

5. Quod ergo naturaliter nullo modo debetur, illud merito condicatur, licet civiliter debeatur, nam in effectu ob perpetuam exceptionem obstantem debitum non est, *l. 26. §. 3. l. 44. b.* Vbi tamen quandam naturalem rationem ad huc leges agnouere, ibi repetitio quoque cessat, veluti quod ex obligatione chirographaria transactione, re iudicata, iure, iurando &c. solutum, *l. 56. de re iud. l. 65. §. 1. b. l. 1. C. b.* quamuis debitum nullum subfuerit: noua enim accessit causa, ex qua solutionis factæ restitutio denegatur.

6. Probandum vero est indebitum ab eo, qui in eo se fundat, modo (1) alter non negauerit solutionem (2) soluens fit homo diligens (3) cautio, ex qua solutio facta, habeat adiectam causam: alioquin probatio in alterum reiicietur *l. 25. ff. de probat.* Sufficit autem probasse, se indebitum soluisse, licet accipienti forsan ab alio debeatur *l. 19. §. 1. b.* veluti si heres ultra ratam hereditatis ex errore soluat, *l. 31. b.* nisi nomine alterius solutum quoque fit, *l. 44. b.*

7. *Vt errore indebitum sit solutum.* Si scienter, donatio est *l. 53. d. R. I.* modo [α] donare soluens possit [β] donationis præsumptio alio modo non eneruetur, veluti, quod soluens in necessitate constitutus fuerit. Error tamen hic non præbet repetitionem, vbi inficiendo lis crescit
in

in pœnam mendacii *l. 4. C. b. §. f. I. de obl. qua
qs ex contr. vel vbi pietatis respectus subest l. 32.
§. 2. b. vel ex transactione aliquid solutum,*
l. 65. §. 1. b. Renunciatio tamen non nocet,
quia ex errore etiam eodem facta, quo so-
lutio.

8. (IV) *Et quidem errore facti.* Nam error,
iuris hic nocet in acquirendo seu lucro ca-
ptando, *l. 9. C. ad L. Falcid.* non vero vbi alias
soluens hæreret in damno, accipiens vero in
lucro, *l. 7. §. 8. de L. & F. ignor.* est enim condi-
ctio hæc ex bono & æquo *l. 14. l. 66. b. Hahn,
ad W. b. n. 9. Schilt. Ex. 24. §. 32. seqq. Dn. En-
gelbr. ad ff. b. §. 6.*

9. (V) *Vt accipiens eodem modo in errore hæreat:*
alias qui indebitos nummos scienter accipit,
condictione furtiua tenetur *l. 18. de cond. furt.*
quæ durior, quam præsens condictio.

10. Hisce concurrentibus competit condi-
ctio, quæ vel *certi vel incerti:* illa est, quando cer-
tam rem, hæc vero quando ius vel possessio-
nem indebite translata persequimur *l. 15. §. 1.
b. vtraque est perpetua, etiam si res indebite,
translata, quæ alias longo tempore vsucapi
a possidente possit c. l. 15.*

11. Persequimur autem, quod indebite so-
lutum. Vbi tamen distinguendum inter *quan-
tatem* indebite solutam, & sic tantundem,
vt in mutuo, restituendum *l. 7. l. 19. §. 2. b. &
speciem*, vbi idem corpus repetitur, modo ad-
huc existet, nec dolo perditum sit; alioquin

liberatur *l. 65. §. 8. b.* quodsi in alternatiua v-
trumque solutum, eligit quod repetat *l. pen. C. b.*

TEXT. NOTAB.

*l. 1. l. nec nouum. 5. l. quod indebitum. 7. l. nam & mori-
bus. 9. l. in diem. 10. l. naturaliter. 13. l. nam hoc. 14. l. in-
debiti 15. l. sub condicione. 16. l. 18. l. si pœnz. 19. §. 1. l. si
non sortem. 26. pr. §. 1. 3. 12. l. qui loco. 27. l. iudex. 28. l.
interdum. 29. l. cum is. 32. pr. §. 2. l. si in area 33. l. frater.
a fratre 38. l. qui exceptionem. 40. pr. l. quod pupillus. 41.
l. repetitio. 44. l. his folis. 49. l. quod quis sciens. 50. l. ex
quibus causis. 51. l. exhis omnibus. 54. l. in summa. 65. §. 1.
5. 6. f. l. Hæc condictio. 66.*

*Ex Codice. l. pecuniz. 1. l. si citra vllam. 2. l. ea quz. 4. l. si
per ignorantiam. 6. l. fideicommissum. 7. l. indebitum. 9.
l. si quis. 10. l. vlt.*

Tit. VII. (IV. 9.)

De condictione sine causa.

1. **C**ONdictio *sine causa* vel concurret cum
reliquis condictionum speciebus *l. 1. §.
2. l. 4. b.* & hoc sensu *generalis* est. In effectu
enim, quando causa non sequitur, aut turpis
vel iniusta est, aut indebitum quid solutum,
causa non subfuisse videtur, h. e. negotium
habile ad obligationem producendam, quo
sensu vox *causæ* sæpe in materia contractuum
adhibetur, *l. 7. §. 2. d. Pact. l. 5. d. reb. cred.*

2. Vel *specialis* actio est, & *quidem personalis ex
æquitate producta* (*l. 32. inf. d. reb. cred.*) qua id,
quod *sine causa* penes alterum est, vel ab initio vel ex
post facto, repetitur. *l. 1. §. 2. l. 4. b.*

3. Ab

3. Ab initio itaque causa nulla est in exemplo *l. f. b.* & quando ob inhabilitatem personarum non subsistit mutuum, & pecunia tamen b. f. consumpta sit. *l. 19. §. 1. d. R. C. l. 29. inf. de cond. indeb. l. 5. in, f. l. 6. ff. de donat. inter V. & V.* vel ex post facto desinit esse, vt exemplum est in *l. 2. b.* & si debitum sit solutum, condicitur Chirographum *l. 2. C. de cond. ex lege. Hahn ad W. b. inf.* vel post pecunia ex chirographo dato non numeretur *l. ult. C. eod. conf. l. 5. C. de Vusufruct.*

TEXT. NOTAB.

L. si fullo. 2. l. qui sine causa 3. l. Nihil refert. 4.
Ex Cod. l. dissolutz. 2. l. mala fide. 3. l. ult.



Lib. XIII. Tit. I. (IV. 8.)

De Condiotione furtiua.

1. **N**ecessaria contra fures hæc actio fuit, propterea, quod res furtiua per casum fortuitum poterat interire, vbi rei vindictio non sufficiebat. §. 26. *I. d. R. Diuis.*

2. Est itaque conditio furtiua *actio personalis, qua rem furto ablatam vel in subsidium eius estimationem a fure eiusue herede repetimus.* Vnde hæc oriatur, mire se torquent Dd. vid. Muller *ad Struu. b. §. 50. lit. a. & β.* Alii illam ex delicto, alii immediate ex lege deducunt. Reuertamen

men hi non adeo dissentire videntur, cum etiam obligatio in delictis ex lege sit.

3. Necessse vero est (I) *Vt instituaturs a Domino cui res surrepta l. 1. b. & hæctenus irregularis est §. 14. I. de act.* Sufficit autem *bona fides*, quæ instar dominii est, quæ qualitas tamen hic solum alleganda, non probanda. Imo sufficit ex post factò dominium esse acquisitum. Hahn *ad W. b. n. 7.* Ceterum ob ius pignoris datur creditori condictio incerti *l. 12. in f. b.*

4. (II) *Vt instituaturs contra eum, qui ipse furtum actus & reuera fecit l. 5. b.* Neque enim, si ope consiliove alicuius furtum factum est, hæc condictio, bene tamen actio furti competit *l. 6. b.* contra plures in solidum competit *l. 1. C. b.* nec, quod vnus soluit, ab altero actione pro socio repetere potest, cum rei illicitæ non sit societas *l. 7. §. 4. ff. comm. diu.* nisi contra plures heredes instituaturs, qui pro rata tenentur *l. 9. b.* Vnus tamen heres tenetur in solidum, licet nihil ad eum peruenit *c. 9.* quod irregulare est Struu. *Ex. 18. §. 5.*

5. Persequimur ita rem mobilem furto vel rapina ablatam, vel eius æstimationem, si perierit, licet casu fortuito, cum fur in singulari m. f. sit *l. 3. in f. l. 7. §. 1. b.* modo adhuc in mora sit *l. 8. pr. b.* Præstandi quoque sunt omnes fructus, etiam percipiendi, & æstimanda res secundum tempus, quo vnquam pluri mi fuit *l. 2. §. 1. b.*

6. Con-

6. Concurrit hæc cum rei vindicatione, actione ad exhibendum, actione furti, rerum amotarum, ex contractibus (vid. *l. 10. b.*) sed tamen diuersa ratione. Muller. *ad Stru. b. in add. in f.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 10.*

TEXT. NOTAB.

L. conditioni. 2. L. ex furtiua. 5. l. proinde. 6. l. si pro fure. 7. l. in re furtiua. 8. l. in conditione. 9. l. siue manifestus. 10. §. 2. l. sed nec legatarius. 11. l. ex argento. 13. L. quoniam. 18. l. vlt.

Ex Codice. l. præses. 1. l. vlt.

Tit. II. (IV. 9.)

De Conditione ex lege.

1. **O**Mnis actio quidem ex lege est, specialiter vero *condictio ex lege*, tanquam singulare prædicatum, quibusdam actionibus tribuitur, quæ proprio nomine carent. Est vero *condictio ex lege* actio *personalis, qua petimus id, quod ex obligatione lege noua inducta, nobis debetur, ut tamen lege illa cautum non reperiatur, quo genere actionis agendum sit.*

2. Requiritur itaque (1) *Obligatio* tanquam fundamentum huius actionis. Deficiente hoc fundamento largiuntur potius Dd. *implicationem officii iudicis.* Lauterb. *b.* Sed terminus ambiguus est. Aliquando id denotat, quod magistratus ordinarius *vi officii* facere debet veluti in criminalibus: *l. 13. ff. de off. Præs.* a-

siquando ubi magistratus procedit, actione solenni non prodita, nec dando iudicem pedaneum, veluti in cognitionibus extraordinariis *l. 5. ff. de extr. cognit. l. 24. in f. de Minor. aut denique instruit officium iudicis pedanei l. 49. in f. de Act. E. V. l. 54. pr. in f. loc. l. 8. ff. de eo quod cert. loc. ubi inter se opponuntur quæ ex obligatione & quæ officio iudicis pedanei debentur, conf. Dn. Hert. de fruct. persecus. in act. person. §. ult.*

3. (II) *Obligatio noua h. e. post LL. XII. tabb. introducta.* Sufficit autem, si nouam accepit efficaciam ad producendam actionem, vti pacta legitima in *l. 35. C. de donat. & l. 6. C. de dot. promiss.*

4. (III) *Vt lege Ciuili sit introducta.* Ius prætorium enim nouam obligationem introducendo vel dedit specialem vel generalem in factum, imitando ius Ciu. Mores quoque & statuta idem efficere, volunt Dd. & huc referunt conductionem ex pacto seu moribus, quamuis hic non adsit noua, sed iure German. omni tempore adfuerit obligatio.

5. (IV) *Vt lege non sit cautum, quo genere actionis experiamur. l. vn. h.* omnes enim actiones peculiaribus constabant formulis *l. 2. §. 6. ff. de O. I.* si tamen ex natura negotii constet, qua actione agendum sit, datur ordinaria actio ex ipso negotio, Dn. Stryk. *ad Lanterb. b. p. 364. verb. experiendum.*

Tit. III.

De Condiçione Triticaria.

1. **D**E origine huius actionis v. Dn. Thom. *ad Huber. b.* Est autem *hac actio personalis, qua æstimationem rerum quarumlibet, excepta sola pecunia (l. 1. pr. b. l. 42. in f. de fidei, vid. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 12.) ex iusta causa nobis dari debere intendimus, habita ratione loci & temporis secundum prudens iudicis arbitrium.* Est itaque subsidiaria, adiectitiæ qualitatis & propter potestatem iudicis pedanei ad formulam & conventionis terminos restrictam introducta, eoque minus in praxi necessaria. Dn. Schilt. *Ex. 24. §. 59. seqq.*

2. Instruitur hac actione imprimis iudicis officium, qua ratione in æstimatione ineunda procedere debeat. Si res per conventionem decisa est, statur æstimationi conventæ *l. 28. de Nouat.* Alias in b. f. iudiciis a tempore moræ vsque ad rei iudicandæ tempus, in stricti vero iuris vsque ad L. C. quo res pluri- mi eo tempore fuit, respicitur. Huber. *b. §. 6. seqq.*

3. In rebus tamen extinctis terminus ad quem est *interitus l. 3. pr. b.* & quamvis omnis vtilitas in æstimationem veniat, hoc tamen tantum intelligendum de illa, quæ circa ipsam rem consistit, non quæ aliunde est. *l. 21.*

§. 3. de act. E. V. nisi dolose denegata fuit restitutio. Hub. c. l. §. 12.

TEXT. NOTAB.

L. sed & ci. 2. l. in hac actione. 3. l. ult.

Tit. IV. (III. 18.)

De eo quod certo loco dari oportet.

1. **A**ctio de eo quod certo loco est *prætoriana personalis, qua id, quod ex obligatione stricti iuris certo loco soluendum est, petitur alio loco conuenienti, facta commemoratione, quo solui debuit, ut iudex arbitretur, quanti actoris vel rei interfit, debito loco solutionem esse factam.*

2. Requiritur itaque (I) *ut aliquid debeatur ex negotiis stricti iuris.* In b. f. enim iudiciis Iudex ex bono & æquo de eo arbitrari poterat, & sic peculiari actione opus haud erat *l. 7. pr. b.* Vnde eo minus hodie hanc actionem necessariam esse putat Dn. Schilt. *Ex. 24. §. 64. seqq.* quo minus magistratus hodierni officium certa circumscriptum est formula.

3. (II) *Ut certo loco aliquid ex conventionione sit soluendum.* Temporis adiectio hanc actionem arbitriam haud facit Cornel. van Eck. *b. §. 14.*

4. *Ut alibi petatur quod debetur, in foro tamen alias competente, scil. domicili.*

5. (IV)

5. (IV) *Vt fiat commemoratio loci, ubi peti debuit, ne exceptione plus petitionis alias repellatur actor, causamque perdat. Et sic, si locus alternativae adiectus, huius quoque mentio iniicienda l. 2. §. 2. b.*

6. (V) *Vt iudicis arbitrio relinquatur, quanti actoris vel rei interfit, quod alibi debitum petatur. Hinc dicitur arbitraria l. 2. b. Alias invito creditori alibi solui nequit, quam quo conventum est l. 9. b. l. 137. §. 2. de V. O. Quod si alternativae locus adiectus est, ante petitionem debitoris est electio, quo soluat, post vero est petitoris l. 2. §. 3. b. Dn. Hert. de elect. ex Oblig. alternat. debitori debita §. 3. §. 7. Si loca autem plura copulativae adiecta, singulis locis pro parte debitum petendum l. 2. §. 4. b. Alias ordinariae electio debitori competit, quod pluribus Dn. Hertius c. l. §. 1. 2. & 3. declarat.*

7. Habere autem in aestimatione ineunda, Iudex debet rationem utriusque, tam rei quam actoris, prout nimirum locus nunc in fauorem debitoris, nunc in creditoris utilitatem tendit l. 2. pr. & §. 8. b. ita ut arbitrium eius in genere ad normam aequitatis ubique sit restrictum, l. 4. b. Ceterum qui creditum in alio loco sponte accipit, non contradicendo, interesse, hoc postea speciali actione petere, nequit, cum tantum debeatur officio iudicis l. centum Capua §. b. Rachenstech. in Sicil. manip. 3. pag. 89. Huber. h. §. 5. Quin remisisse illud videtur l. ult. b.)

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. arbitraria. 2. pr. §. 4. §. 8. l. ideo. 3. l. 4. in f. l. in bonæ fidei. 7. l. centum capuz. 8. l. is qui. 9. l. vit.

Tit. V. (IV. 18.)

De constituta pecunia.

1. **C**onstituere hic idem est ac firmare & stabilire, Briffon. *de verb. signif. verbo constituere*, & pecunia latissime sumpta hic comprehendit omnes res in patrimonio existentes l. 5. l. 178. pr. l. 222. de V. S. Hinc actio de constituta pecunia est in factum pratoria, qua conuenitur is, qui se soluturum vel facturum, nudo pacto promissit, quod vel ipse vel alius soluere vel facere debet.

2. Oritur ex constituto, quod est pactum, a pratore specialiter confirmatum, quo quis deuoto promittit, quod vel ipse vel alius iam ante promiserat, estque instar obligationis accessorix l. 28. b.

3. Vnde a fideiussione facile distinguitur, quæ fit stipulatione, quamuis in effectu, & plerisque aliis cum ea conueniat, præsertim vero hodie, vbi ratione modi ineundi nulla amplius super est differentia Dn. Stryk. *de inuest. act. Sect. 1. m. 8. §. 2.* multo minus superest constitutio proprii debiti, cum simplex pactum æque obliget hodie, quam geminatum de iure Romano.

4. Quærunt quidem adhuc differentiam
in

in eo, quod pure constituens ad soluendum cogi nequeat intra decem dies *l. 21. §. 1. b.* Sed idem temperamentum arbitrio Iudicis definiendum, debitoribus indulgetur in aliis quoque contractibus, *l. 105. de solut. §. fin. Inst. de inutil. stipulat.* In eo tamen differentia admitti potest, quod fideiussores ordinarie intercedant pro eodem debito, quod est in obligatione principali; aut constitui etiam potest res alia, quam quæ est in obligatione principali *l. 1. §. 5. b.*

5. Requiritur itaque (1) debitum verum antecedens *l. ult. b. l. 1. §. 7. & 8.* (2) animus constituendi, *l. 1. §. 4.* (3) vt debeatur illi, cui constituitur *l. 26. & 27. b.* potest tamen alteri constitui consentiente creditore, quod ei debetur, *l. 5. §. 2. b.* (4) quælibet verba quidem sufficiunt, sed non *impersonaliter* concepta, ob incertitudinem, *aut b. si quando C. b.* (5) vt actor in mora non sit constitutus, sub hac enim conditione prætor actionem concedit, *l. 16. §. 2. l. 18. pr. b.* Cetera ex generali natura pactorum & fideiussionis dependent. Vnde etiam hic ordinis & diuisionis beneficium obtinet, nisi quis pro alio iudicatum soluere constituerit. *Meu. 1. D. 229. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 17. in f.*

TEXT. NOTAB.

- l. 1. pr. §. 3. 5. 7. l. quodsi maritus. 3. l. Eum qui Ephesi. 5. §. 2. l. Hactenus. 11. l. qui autem. 14. pr. §. f. l. si duo quasi. 16. §. 1. l. item illa. 18. §. 1. f. l. id. quod sub conditione. 19. pr. l. promissor. 21. l. Vtrum præsentem. 27. l. Vbi quis. 28.*

Ex Codice. l. si pro alieno. i. auth. si quando l. recepticia. 2. l. ult.

Tit. VI. (IV. 23.)

Commodati vel contra.

1. **C**ommodatum est contractus realis, quo usus certus rei non fungibilis, gratis alicui conceditur, ita ut finito usu res eadem in specie non deteriorata restituatur.

2. Requiritur (I) ut interueniat res non fungibilis, saltem non ut fungibilis, l. 3. §. ult. l. 4. b. in quo differt a mutuo, quæcunque demum res sint, l. 1. §. 1. b. etiam incorporales, Hahn. ad W. h. n. 4. imo alienæ l. 15. & 16. b. Bachou. ad Treutl. disp. 24. vol. 1. tb. 1. lit. g. in fin.

3. (II) Ut alteri concedatur ad usum. Hinc (a) possessionem & proprietatem commodans retinet l. 8. & 9. b. statutis tamen quorundam locorum recepta est sententia, Hand muß Hand gewehren / vbi contra tertium possessionem denegatur rei vindicatio. Meu. ad ius Lub. lib. 3. tit. 2. art. 1. Schilt. Ex. 25. §. 5. seqq.

4. Et quidem (III) ad Vsum certum l. 17. §. 3. b. Inde differt a precario, quod pro lubitu reuocabile est, l. 1. pr. & l. 25. inf. de precar. & proinde tantum diligentiam infimam requirit. Dn. Stryk. de Cust. Contr. 8. 2. c. 2. §. 3.

5. Fluit inde [a] rem ad alium usum adhiberi non posse citra furtum l. 5. §. 7. 8. b. 18. pr. b.

b. [β] rem dari debere ad illum aptam, non nocuam, alioquin commodans eo nomine actione contraria tenetur *l. 18. §. 3. b.* Dn. Stryk *c. l. §. 12.* [γ] commodatarii gratia tantum regulariter hunc contractum celebrari, adeoque ipsum teneri ad omnem diligentiam *l. 5. §. 2. b.*

6. (IV) *Vsus debet esse gratuitus*: accedente mercede est locatio conductio *l. 5. §. 12. h. l. 17. §. 3. b.* Honorarium tamen promitti & solui potest, quia hoc nullam proportionem cum usu concesso habet. Indeque ex obligatione antidotali quoque commodatarius tenetur, ferre modica impendia *l. 18. §. 2. b.*

7. (V) *Vt finito usu restituatur.* Neque res commodata retineri potest prættextu debiti alterius, *l. f. C. b.* nisi ob impensas, *l. 18. §. 2. §. 4. b.* & nisi restituatur, iuratur in litem contra dolosum *l. 2. l. 5. §. 1. b.* In restituendo autem omnis diligentia adhibeatur *l. 10. seqq. b.*

8. Ante usum itaque finitum repeti nequit *l. 17. §. 3. b.* nisi ob necessitatem improvifam superuenientem *arg. l. 3. C. loc. Struu. in Detif. Sabb. c. 5. dec. 1.* Hahn *ad W. b. n. 11.*

9. Et quidem (VI) *in specie.* Inde differt a mutuo, *l. 2. pr. de reb. cred.* In subsidium tamen aliquando æstimatio præstanda, si perierit culpa commodatarii, *l. 17. §. f. b.* vel æstimatio ab initio adiecta sit venditionis gratia *l. 5. §. 3. b.*

10. Imo (VII) *In eodem statu,* seu non deteriorata quavis culpa. *l. 3. §. 1. b. l. 10. pr. b.* casum tamen non præstat commodatarius *l. 18. pr. l.*

19: *b.* Quod si deterioratio sit grauior, aliquando æstimatio totius rei præstanda Hahn. *ad W. b. n. 10.*

10. Ex hoc contractu nascitur duplex actio *directa & contraria.* Vna competit commodanti aduersus commodatarium eiusque heredem ad rem finito vsu restituendam inspecie & in eodem statu. Contra heredes datur pro portione hereditaria, nisi vnus totam rem possit restituere. *l. 3. §. 3. b. vel ex facto proprio conueniatur, l. 17. §. 2. b.* Neque distinguitur vtrum aliquid ad heredes peruenerit, *l. 12. d. Obl. & A.* in quo rursus differt a precario, *l. 5. §. f. de precar.*

11. *Contraria* competit commodatario aduersus commodantem ad indemnitatem ipsi præstandum, quæ respicitur maxime in his: [α] si dolo vel lata culpa commodatarius sit læsus *l. 17. §. 3. b. l. 18. §. 3. l. 22. b.* [β] si importune rem repetierit *c. l.* [γ] si impensæ non modicæ in rem commodatam factæ sint *l. 18. §. 2. b.* [δ] Si alia ratione commodans esset locupletior factus *l. 17. §. f. b.* Quod autem contraria actione consequi possumus, eo nomine etiam habemus retentionem *l. 18. §. 4. b.*

12. Occurrit præterea in *b. t.* generalis inspectio, de DOLO CULPA & CASU FORTUITO, *l. 5, b.* Dolus est, quodlibet factum quo data opera & ex proposito alteri damnum inferre intendimus, & hic vbique præstandus, nec valet pactum in contrarium. *l. 17. pr. b.*

13. *Culpa vero est omissio diligentia debita, dolo carens, conf. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 20. & sicuti diligentia suos habet gradus, ita & culpa tres vulgo constituunt gradus, lata levis vel leuissima.*

14. *Lata culpa consistit in omissione diligentia, communis omnium hominum ex communi sensu agentium l. 213. 223. de V. S. l. 9. §. 2. de I. & F. ignor. l. 7. §. 2. de administr. tut. itidem hæc præstanda est in omni contractu, cum dolo æquiparetur, quatenus ad interesse priuatum agitur, l. 226. de V. S. l. 1. §. 1. si mensor fals. mod. dix. l. 7. de pos. l. 29. §. 3. mand.*

15. *Culpa levis est omissio diligentia talis, quam Patresfamilias diligentes & industrii in rebus suis adhibere solent, l. 14. de pignor. act. l. 35. §. 4. de contrab. emt. qui vero negligit, quæ patresfamilias diligentissimi neglecturi non essent, in culpa leuissima est, vno verbo, qui summum gradum diligentia omittit, qualis in hominem cadere potest, l. 18. pr. b. l. 1. §. 4. de O. & A.*

16. *Præstationem culparum ordinarie temperant pro modo vtilitatis perceptæ secundum l. 5. b. Regulas vulgares cum exceptionibus suppeditat Dn. Hoppius in Comment. ad I. tit. de Obl.*

17. *Est tamen tota doctrina hæc satis obstructa, quia Icti variis hac in re terminis vsi sunt, hinc plerique optime monent, subtractæ materiæ & æquitatis naturalis rationem esse habendam.*

18. Hoc intuitu generaliter dici posset, ordinarie (vbi alius gradus in iure non reperitur determinatus) præstandam esse *diligentiam mediam*, pro conditione humanæ naturæ imperfectæ, l. 6. l. 9. §. 2. de I. & F. ignor. l. 10. de bon. poss. l. 32. de pos. cum ordinarie in aliis quoque materiis temperamento medio Icti sint vsi. l. 137. §. 2. 3. d. V. O. l. 33. de Vsur. l. 18. l. 19. §. 4. de Edict. Aedil. l. 25. in f. de pign. act. l. 25. ff. de N. G. l. 21. §. 1. de constit. pec. conf. Dn. Coccei. collat. iurid.

19. Merito tamen ab hac regula excipiendi sunt illi casus, vbi quis vltro se negotio offert, l. 36. de R. iur. l. 8. §. vlt. ad l. aquil. vel ipsum negotium singularem peritiam & præcautionem requirit, l. 13. C. mandat. l. 25. §. 7, locat. cond. vel singulare beneficium accipit, l. 17. §. 3. commod. vel denique vbi quis singularem adhuc custodiam promittit, §. I. de emt. vend. vbi omnis merito adhibenda diligentia.

20. Quandoque etiam leges æquum iudicarunt, non adeo stricte mediam attendere diligentiam, vt in deposito societate & precario, quia partim hic alteri quoque aliqua culpa imputari potest, partim nullum beneficium in debitorem inde redundat.

22. Denique *Casus* fortuitus est *inopinatus euentus*, qui humano consilio auerti aut prævideri non potuit l. 2. §. 7. de admin. rer. ad Ciu. l. 18. pr. h. Dn. Hoppe in Comm. ad I. cit. l. Pro quo etiam reputatur ille culpæ gradus, qui pro negotii natura

turæ non præstari debet, quamvis alias in se culpa sit.

23. Casus regulariter nocet Domino rei, l. 23. in f. de R. I. non vero ei, qui rem ex contractu tenet, modo (1) is non sit in mora restituendi vel faciendi l. 12. §. 3. de pos. (2) nulla culpa ordinata ad casum, & quæ alias in tali negotio præstanda est, antecesserit l. 5. §. 4. b. l. 11. §. 1. locat. (3) nihil aliud continentium l. 5. §. 10. b. l. 23. d. R. I. (4) æstimatio venditionis gratia non fit adiecta l. 10. de I. dot. l. 5. §. 3. b. æstimatio enim transfert periculum in accipientem l. 2. ff. de æstim. Dn. Engelbr. ad ff. b. §. 20. in f.

24. Vbi vero res ex contractu dominii translatiua in alterum transferenda, ibi res perit ei, cui debetur, §. 3. I. de Emt. V.

TEXT. NOTAB.

l. 1. §. 1. l. sed mihi, 3. pr. §. 1. 2. f. l. si vt certo loco. §. §. 2. 3. 4. 8. 9. 10. 12. f. l. Vnde queritur, 7. in f. l. rei commodatæ. 8. seqq. l. is qui commodatum, 13. l. commodare. 15. l. in commodato. 17. pr. §. 2. 3. f. l. in rebus commodatis, 18. pr. §. 2. 3. f. l. argentum, 20 l. si istuus, 22. l. vit. *Ex Codice*, l. ea quidem. 1. l. vit.

Tit. VII. (IV. 24.)

De pignoratitia actione.

1. **P**IGNVS est contractus realis, quo res datur in securitatem crediti ad effectum, vt alterius in re constituatur & simul obligetur, ad rem soluto debito in specie in eodem statu restituendam.

2. Requiritur itaque (I) *Vt mutuo consensu res interuenerit*, quo ipso differt a pignore pretorio *l. 26. b.* (Quamuis & hic utilis actio pignoratitia applicari possit, *l. 5. §. 21. vt in possess. legat. §.* & tacito *l. 11. §. 5. b.* Quam rem autem consensus respexit, illa pignori obligata est *l. 1. §. 1. b.* quæcunque demum sit.

3. (II) *Vt tradatur a debitore creditori in securitatem crediti.* Hinc (1) differt ab *hypotheca*, quæ nudo pacto initur, vt tamen possessio non transferatur *l. 1. l. 9. §. 2. l. 35. §. 1. b.* pignus autem creditor possidet, & possessionem illam retinet, licet domino locet *l. 37. b.* Vnde & media possessoria ei competunt, *Meu. 5. 2. 94.*

4. Deinde (2) sequitur, *contractum pignoris præsupponere debitum principale præexistens l. 43. de solut.* Nulla itaque pignoris est causa, vbi debitum subsistere nequit *l. 11. §. 3. b.* vel non amplius subsistit *l. cit. §. 1.*

5. *Talis nunc (3) res tradenda quæ possit securitatem illam præstare*, qualis tantum est res propria non aliena, *l. 9. pr. l. 32. b.* vel aliis obligata *l. 16. §. 1. & l. 36. §. 1. b.* voluntate autem domini res aliena valide pignori datur. *l. 20. pr. l. 27. b.* operatur tamen datio rei alienæ, vt soluta pecunia debitor pignoratitia possit expectari, *l. 9. §. 4. b.*

6. Vtcrius (4) *mediam diligentiam hic esse præstandam*, sequitur *l. 14. b.* Non vero exactissimam: verba enim *l. 13. §. 1. b.* cum grano salis sunt accipienda *Hahn. ad W. b. n. 6. Brunnem.*

ad cit. l. n. 4. res vero ipsa perit debitori, l. 8. § 9. C. b. nisi creditor pignus propria autoritate occupauerit l. 30. b.

7. Denique (§) exinde fluit, *usum rei oppignorata non transire ad ipsum creditorem*: neque enim aliquid lucrari potest creditor ex pignore, *l. 22. pr. §. 1. § 2. b. fructus itaque ex pignore percepti aliquando imputandi sunt in ipsum debitum, l. 1. 2. 3. l. 12. C. b. l. 23. b.*

8. Potest tamen *Usus pignoris* pacto adiecto creditori concedi, & quidem vel in *compensationem ipsius debiti*, quo casu illud absorbetur, *l. 39. b. vel in compensationem usurarum*, saluo manente debito. Quod ius *antichreticum* vocatur.

9. Constituitur hoc ius vel *expresse* vel *tacite*, si scilicet res frugifera, alicui pignori detur, nihilque de usuris disponatur. *l. 8. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrab.* Quocumque demum modo constituitur, antichresis modum legitimarum usurarum excedere nequit, *l. 14. 17. C. de Usur.* modo fructus certi quotannis ex prædio percipiuntur. In prouentibus autem minus certis modicus excessus attendi non debet, bene tamen, si nimius excessusprehendatur, *Struu. in dec. Sabbath. c. 7. dec. 6.* Tenentur itaque creditores ad rationes reddendas, nec renunciatio illas impedire potest, *Dn. Stryk. de caut. contr. S. 2. c. 4. §. 23.*

10. Suadent itaque, ut potius contractus retrouenditionis ineatur. Quia vero & hic periculum rei in creditorem transit, hinc ad-

huc consultus est, rem oppignoratam pro certo locario conducere, & vsuras cum locario quoad quantitatem concurrentem compensare, reddito quotannis superfluo.

11. (III) *Ut mutatur cum obligatione ad rem oppignoratam restituendam soluto debito*, l. 20. §. 2. l. 11. C. b. debet autem [a] totum debitum esse solutum, l. 11. §. 3. b. ibique Brunnem. n. 4. vlt. alio modo satisfactum, l. 9. §. 3. b. etiam per solennem oblationem & depositionem, l. 10. C. b. neque quicquam amplius præstare debitor cogitur, licet creditor interim pignus pro maiori quantitate alii pignori dederit, l. 20. §. 3. b. Schilter ex. 26. §. 11. neque huic restitutioni præscribi potest, l. 10. §. 12. C. b. cum ante solutum debitum non possit dici actio esse nata, l. 9. §. 3. b. Dn. Stryk de act. forens. inuest. S. 3. n. 1. axiom. 1. Brunnem. ad l. cit. (β) idonee quodque solui debet, per nummos probos l. 24. §. 1. b. aliquando tamen etiam non soluto debito potest ad interesse, propter abusum rei oppignoratae l. vlt. ff. b.

12. (IV) *Ut restituatur in specie*, l. 9. §. 3. b. licet per accidens euenire possit, vt in specie restitui nequeat. Veluti si culpa creditoris interit, si sine culpa, nihil restituitur l. 9. §. 3. b. imo si pignus vendatur, ob moram debitoris, tunc superfluum pretii, cum vsuris restituat, l. 9. §. 3. b. l. 6. §. 1. l. 7. b. dummodo pretium ad venditorem iam peruenerit l. 24. §. 2. b.

13. Lex tamen *commissoria*, vt scilicet non soluto suo tempore debito, pignus pro debito creditori plene acquiratur, Gonzal. Tellez, *ad decretales b. n. 7. & seqq.* non potest impedire, restitutionem pignoris in specie faciendam, cum mere vsuraria sit, *l. fin. C. de pact. pignor. c. pen. X. b.* nihil operante iuramento adiecto, quamuis id plerique canonistarum velint, per *alleg. cap. Vallens. ad X. b. §. 3. n. 4. & 5.* Toleratur tamen pactum hoc, si ita conuenerint, vt debito suo tempore non soluto, pignus iusto pretio sit creditori vendita. *l. 1. C. de pact. pign.* vbi consultius adhuc est, vt pretium non statim determinetur, cum eadem hic subfit decipiendi facilitas. Huber. *ad tit. de pign. & hypoth. §. 15.*

14. (V) *Vt restituatur non deterioratum dolu vel culpa leui, l. 13. §. 1. l. 14. l. 3. C. b.* alias eo nomine tenetur *l. 7. C. b.*

15. Oritur ex hoc contractu bilaterali *actio pignoratitia directa & contraria*: Illa competit debitori aduersus Creditorem ad pignus soluto debito restituendum, cum omnibus accessionibus, damnisque refarciendis, vnde facile differt ab hypothecaria.

16. Quia personalis est, hinc non competit contra tertium possessorem, licet hic nouiter iure pignoris rem possideat, *l. 40. b.* De iure canon. tamen aliud volunt, per *c. 6. X. b.* quamuis de eo dubitet Schilt. *ex. 26. §. 10.* In

praxi tamen contrarium obseruari testatur
 Meu. s. D. 343.

17. Persequitur debitor hac actione ipsum pignus & omnia commoda, quæ creditor occasione eius est consecutus, l. 22. pr. §. 1. b. l. 12. §. 1. do distrab. pign. imo & fructus percipiendos, quos ipse creditor percipere potuisset, l. 3. C. b. & aliquando interesse, l. 9. §. ult. b. Si creditor pignus dolo vel culpa amiserit, l. 5. C. b.

18. *Contraria* actio est Creditori comparata aduersus debitorem, *ad indemnitatem obtinendam*. Obtinetur autem illa (1) si impensæ *necessariæ* restituantur, l. 8. b. Imo & *utiles*, quatenus debitorem non nimis onerant, l. 25. b.


19. (2) Si pignus alienum vel vitiosum datum, & aliud loco eius detur l. 9. pr. l. 16. §. 1. b. Nam quamuis in l. 54. de fideiuss. hoc casu *interesse* præstandum esse dicatur, tamen creditoris non aliter interest, quam vt aliud constituatur Dn. Schilt. ex. 26. §. ult. Dn. Pagenst. in Sicil. manip. 3. pag. 111. nec distinguitur, vtrum soluendo sit, debitor nec ne. l. 32. ff. b.

20. (3) Si damnum occasione pignoris passus sit. l. 22. in fin. l. 23. b. aliquando etiam (4) ad restitutionem pignoris, si dolo debitoris interceptum sit.

TEXT. NOTAB.

l. 1. pr. §. f. l. si quasi receptorus. 3. l. si conuenit. 4. l. si necessariis. 8. pr. §. 4. f. l. si rem alienam. 9. pr. §. 3. 4. f. l. solutum. 11. §. 2. 3. 5. l. si eum venderet. 13. l. ea igitur. 14. l. Tu-

1. Tutor. 16. §. 1. l. aliena. 20. l. si pignore. 22. pr. §. 2. l. eleganter. 24. §. 1. 2. l. si seruos. 25. l. non est mirum. 26. l. qui ratione. 30. l. cum debitore. 32. l. si pecuniam. 33. l. Titius. 34. l. cum & fortis. 35. §. 1. l. debitor. 40. §. 1. l. rem alienam. 41. l. creditor. 42.
- Ex Codice.* l. ex pignore. 1. l. creditor. 2. l. pactum. 4. l. si creditor. 5. l. quæ fortuitis. 6. l. si nulla. 8. l. nec creditores. 10. l. pignoris. 11. l. ult.



Lib. XIV. Tit. 1. (IV. 25.)

De exercitoria actione.

1. SEQUUNTUR nunc actiones, non nouæ, & ab aliis ex contractibus orientibus distinctæ, sed harum *nouæ qualitates adiectitiæ*, ex necessitate a prætore introductæ, contra ius strictum, l. 11, de O. & A. vnde & prædicatæ actionum principalium habent. Hahn. ad W. b. n. 2. post tamen receptum, vt etiam directo cum iis, quos negotium principaliter concernit, agi possit. §. ult. I. quod cum eo qui in al.

2. Huc pertinet actio EXERCITORIA, *competens ei, qui cum Magistro nauis, secundum legem, præpositionis contraxit, aduersus exercitorem nauis ad præstandum id, quod in contractum est deductum.*

3. Requiritur itaque (I) *vt exercitor aliquem nauis præposuerit, tanquam magistrum. Exercitor dicitur, ad quem omnis redditus ex nauis re-*
V 4
dundat,

dundat, sicuti *Magister* est, cui totius navis cura mandata, l. 1. §. 1. b.

4. Hæc *præpositio* est fundamentum obligandi exercitorem, adeo ut (1) si plures fuerint exercitores singuli in solidum teneantur, l. 1. §. 13. b. quod male iniustitiæ accusat *Grotius de I. B. & P. lib. 2. c. 11. §. 13.* ibique *Ziegler*, imo (2) etiam obligetur rursus ex persona eius, quem *Magister* præposuit, licet prohibente ipso exercitore, ne impediatur utilitas nauigantium l. 1. §. 5. b.

5. (II) *Vt quis contraxerit cum Magistro*, l. 1. pr. b. unde (a) non tenetur Dominus ex contractu cum nautis inito, quamuis curare debeat, ne delinquant, l. 1. §. 2. b. (β) non tenetur ex delicto magistri sui, nisi circa officium commissio, wenn er den Zoll versahren.

6. (III) *Vt quis contraxerit cum Magistro navis secundum legem præpositionis.* Modum enim egressus magister non obligabit exercitorem l. 1. §. 12. b. unde si plures præpositi sint magistri, videndum an diuisa eorum officia sint, nec ne. cit. l. §. 13.

7. Sufficit tamen tacite aliquid esse *Magistro* iniunctum, ex quo etiam obligatur exercitor, veluti si magister navis mutuam accipiat pecuniam, ad necessariam navis refectiorem, inde obligatur exercitor, licet non expresse mandauerit.

8. Requiritur tamen hic (1) ut mutuans sciat se in hoc credere, cui rei est præpositus

magister, *l. 1. §. 8. b.* (2) navis refectionem desideret, *l. fin. pr. b.* (3) vt pecunia expresse hac lege accipiatur, licet magister post mutaverit voluntatem *l. 1. §. 9. b.* (4) vt non maior summa credatur, quam necessaria est, *l. fin. in fin. b.* (5) vt in loco illo credita sit, vbi refectionis fieri dedit, *l. 7. §. 1. b. conf. Struu. ex. 20. lb. 10. Berl. dec. 252. n. 7.*

9. Si magister est libera persona, etiam cum hoc directo, *durante officio*, agi potest, ita vt actori relicta sit electio, *l. 1. §. 17. b.* sed *finita officio* solus exercitor obligatur, *l. fin. de instit. act.* nisi simpliciter contraxerit non facta mentione officii, quod gessit, vel fidem suam interposuerit.

10. Exercitori tamen contra contrahentes cum magistro, nulla actio est prodita sed sufficit, quod contra magistrum navis agere possit. *l. 1. §. 18. b.*

TEXT. NOTAB.

l. pr. §. 1. 2. 5. 7. 9. 12. 13. 15. 16. 17. 18. f. l. ne in plures. 2. l. nec quisquam. 3. l. si tamen. 4. pr. §. 1. vlt. l. vlt.

Ex Codice. l. seruus. 1. l. & si a mulieris. 4. l. vlt.

Tit. II.

De lege Rhodia de
Iactu.

1. **R**ceptæ apud Romanos erant leges Rhodiensium, & quidem *in subsidium*,

l. 9. b. quod summa æquitate niterentur. Schottel. *de antiq. in German. Iur. c. 21. §. 4.* Imprimis autem in decidendis controuersis maritimis autoritate maxima pollebant, quas recenset Muller. ad Struu. *Ex. 20. §. 16. lit. b.*

2. In specie in lege DE IACTV cautum est, vt si *naufragio imminente merces leuanda nauis gratia iacta sint, reliqui socii periculi, quorum res sunt seruata, in tributum veniant, l. 1. b.*

3. Congruit hoc iuri N.: quod vult vt *omnium contributione farciatur, quod pro omnibus datum est, ex qua ratione plures casus similes deciduntur vid. Lauterbach. de æquitat. & extens. L. Rhodia. Dn. Engelbr. b. §. 27.*

4. Vt autem vectores reliqui ad contributionem teneantur, requiritur (I) vt *iactus sit factus, l. 4. b. ob iustum naufragii metum l. 2. pr. & §. 2. b.* non itaque sufficit (α) metus vanus, quin potius voluntas nauigantium aut maioris partis de iactu faciendo, explorari debet Muller. ad Struu. *c. l. §. 17. lit. e.* Schottel. *cit. l. §. 6.* (β) cessat contributio, si iactus factus propter culpam magistri nauis *arg. l. 29. §. 3. ad L. aquil.*

5. (II) *Vt res iactata sint amissa vel deteriorata l. 4. in f. b.* Si enim recuperatae sint, cessat æquitas contributionis, *l. 2. §. 7. b.* Imo si post contributionem iam factam saluæ fuerint recuperatae, condici posset, quod tributum est *arg. l. 2. §. 1. de cond. sine caus.*

6. Res enim iacta manet domini *l. 2. in f. b.* & reprobatum est ius occupandi bona naufragorum. *auth. Navig. C. de furt. Schottel. cit. str. c. 20. Greuius ex. ad ff. 12. §. 22.* Adeoque furti tenetur, qui tales res non restituit. *Dri. Schilt. Ex. 27. §. 30. seqq.* pertinere huc videtur *l. 9. b.* quam peculiari paraphrasi illustrat Huber. *b. in f.*

7. (III) *Vt per iactum res ceterorum vectorum sint seruata.* Adeoque inde obligatio ad contributionem pertinet ad omnes res seruatas, etiam non multum onerantes nauim, *l. 2. §. 2. b.* imo ad ipsam nauim seruatam, non tamen ad Cibaria *l. 5.*

8. Quodsi itaque iactu facto nauis nihilominus perijt, nulla fiet contributio, sed quod quisque seruat, hoc sibi seruat, quasi ex incendio *l. 7. l. 5. pr. b.*

9. Sufficit tamen, *semel res ceterorum esse seruatas*, licet post alio in loco nauis fuerit submersa, & forsitan per vrinatores res extractæ *l. 4. §. 1. b.* Semel enim obligatio nata est, & res, propter quam hæc obligatio adest, adhuc salua est.

10. Hisce concurrentibus omnes contribunt, quorum res sunt seruatae, imo & quorum amissæ secundum *proportionem respectiuam*, ita tamen, vt amissarum æstimatio computetur, *quanti emta sunt*, seruatarum vero, *quanti venire possunt.* *l. 2. §. 4. b.* Modum computandi designat, *Muller. cit. l. §. 19. lit. β.* Ipsa contribu-

tributio dicitur *Hauaria*, Schottel. *cit.* l. c. 21. §. 3.

11. Illi, cuius res sunt iactæ nauis laborante, nulla datur actio directo contra conuectores, quod bene illustrat Schilt. c. l. §. 24. sed ex locato agere debet contra magistrum nauis, ut is cum reliquis, quorum res saluatz sunt, agat ex conducto, ut detrimentum proportionem communicetur l. 2. pr. b. Ita tamen, ut si vnus ex conuectoribus soluendo non sit, hoc possit grauare magistrum l. 2. §. 6. b.

12. Hodie tamen directo cum conuectoribus agi posse vult Dn. Schilt. c. l. Huber. b. §. 7. quæ sententia vel inde probabilis est, quod ex summa æquitate, iure Ciuili agnita, obligatio ad contribuendum oriatur adeoque merito actionem dare debeat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si laborante. 2. pr. §. 2. 4. f. l. Nauis. 4. §. 2. 2. l. amissæ. 5. l. Nauis. 6. l. cum depressa. 7. l. qui leuandæ. 8. l. alicui. 9.

Tit. III. (IV. 25.)

De Institoria Actione.

I. **A**CTIO INSTITORIA in merisque fere conuenit cum exercitoria l. 7. §. 1. b. Datur vero illis, qui cum Institoribus secundum legem præpositionis contraxere, contra præponentem ad id, quod in contractum est deductum.

2. Præ-

2. Præsupponitur itaque (I) *Ut quis fuerit præpositus negotiationi quaestoria universaliter l. xi. §. 2. l. 1. b.* qui dicitur *Institor, l. 3. b.* & officium aliquod gerit, secus ac procurator Huber *b. §. 2.* addeque morte præponentis non desinit esse *h. §. §. 17. b.* sicuti procurator. Imò nec semper hic adest mandatum Hahn. *ad W. b. n. 4.*

3. Cessante autem ex postfacto præpositione, cessat quoque hæc actio *l. 11. §. 2. b.* veluti si publice institor reuocatus sit. *l. §. 3. b.* si cuti quoque institoris præpositio principalem dominum obligare nequit *l. 1. §. 5. de extr. ad Schilt. Ex. 27. §. 42. seqq.* Huber. *b. §. 5.*

4. In præponente vero generaliter requiritur *ut liberam habeat disponendi facultatem Brunn. ad l. 7. n. 1. b.* alioquin præpositio est nullius momenti.

5. (II) *Ut cum institore contractum sit secundum legem præpositionis l. 5. §. 11. l. xi. §. 5. b. l. f. C. b.* Si circa officium deliquerit institor, præponens quasi institoria conuenitur ad damnū resarciendum *l. 5. §. 8. b.* non criminaliter Brunn. *ad c. 1. num. 2.* Si vero leges præpositionis transgressus sit institor, ipse quidem tenetur, sed non præponens.

6. Obligatur itaque præponens ex tali contractu imò & heredes *l. 15. b.* licet mortuo præponente contractus initus sit *l. 17. §. 2. & 3. b.* Bachou. *ad Trentl. disp. 24. tb. 7. lit. e.*

7. Ipse Institor vero durante officio conueniri directo potest C. I. A. *b. §. 13.* Hahn. *ad W. b.*

W. b. n. 6. non vero deposito officio l. f. b. nisi proprio nomine contraxisset.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Ho nomine. 2. l. quicumque. 5. pr. 5. 8. 11. 12. f. l. sed & si quis. 7. 5. f. l. nam & plerique 8. seqq. l. sed si pupillus. 11. 5. 3. 5. l. Habebat. 13. pr. 5. f. l. Nouissime. 15. l. 17. 5. 3. l. Inffitor. 18.

Tit. IV.

De Tributoria actione.

ACTIO TRIBUTORIA competit aduersus Patrem vel Dominum, ex eo, quod iniue-
merces peculiares, in quibus, ipsis scientibus, filii
vel serui negotiati sunt, inter se & reliquos creditores
diuiserint, ad corrigendam istam iniustam diuisionem,
l. 7. §. 2. l. fin. b.

2. Sic itaque non aliter quam *dolo* interue-
niente competit l. 8. b. adeoque est *ex delicto rei*
persecutoria, & in heredem datur de eo *dun-*
taxat, quod ad eum peruenit.

3. Requisita potiora sunt hæc, (1) *sciente Pa-*
tre vel Domino filius vel seruus negotiatus fue-
rit l. 1. §. 3. l. 3. pr. b.

4. (2) Et quidem *in merce peculiari*, l. 1. §. 1. b.
respicitur autem imprimis ad illam mercem,
cuius intuitu quis contraxit, in qua aliis præ-
fertur, qui diuersæ tabernæ crediderunt l. 5. §.
15. & 16. b.

5. Vnde & hodie *separationem* obtinere pu-
tant, vt vnus debitoris diuersarum taberna-
rum

rum creditores non sint confundendi ex ratione *l. cit.* Schilt. *ex. 27. §. 51.* Struu. *ex. 20. tb. 46.*

6. (3) Vt ex illa omnibus creditoribus satisfieri nequeat, & tamen (4) Dominus *inique distribuerit* illam: Patri enim vel Domino ius distribuendi datum, vt tamen cedendo meritis peculiares creditoribus, liberetur *l. 7. §. 1. b.*

TEXT. NOT.

L. 1. l. fed fi. 3. §. f. L. Procuratoris. 5. §. 11. 15. 17. 18. l. seqq. 1
Illud quoque. 7. §. 2. l. quia non. 8. l. 9. in f.

Tit. V. (IV. 26.)

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur.

1. **I**N hoc titulo ostenditur imprimis effectus obligationis, ex contractu eius, qui in aliena est potestate. Et quidem serui plane non obligantur, bene tamen filii familias, *l. 39. de O. & A. l. 44. de pecul.*

2. Limitatur tamen hæc obligatio (1) vt executio actionis differatur vsque dum sui iuris fiat Franzk. *b. n. 4.*

3. (2) Vt filius sui iuris factus respectu eius, quod sub patria potestate constitutus gessit, teneatur in id quod facere potest, modo [a] ex bonis paternis nihil vel parum lucratus sit, *l. 2. cit.* quod modicum non ex quantitate legitimi-

gitimæ præcise, sed ex quantitate minori quam vt debitum inde solui, & filius se cum suis exhibere possit æstimandum, Dn. Schilt. ex. 37. §. 5. 7.

4. [β] Filius non versetur in dolo aut delicto, vbi in solidum tenetur l. 4. §. 1. & 2. b.

5. [γ] Cum ipso filiofamilias agatur, hæc enim obligatur in solidum, l. 4. §. 3. b.

TEXT. NOTAB.

L. ait Prætor. 2. l. sed an. 3. l. sed si 4. pr. 5. i. 2. 4. l. si filius fam. 5. pr.

Ex Codice. l. 1. l. eius rei. 2. l. si ex contractu 4. l. si qui. 7. §. 1. l. si mandator. 8. l. si liberam. 10. l. dominos. 13.

Tit. VI. (IV. 28.)

De Scto Macedoniano.

1. Scto hoc, ab improbo sceneratore ita dicto, l. 1. pr. b. scuitia creditorum coercita, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum sceneri darent, vt loquitur Tac. lib. XI. annal. c. 13. pag. m. 193. & si darent, ne actio petitiioque daretur creditori, sed exceptione Scti huius repellerentur: quæ potissimum in odium creditorum est introducta l. 40. pr. de iunct. indeb. & in vtilitatem publicam l. 1. pr. b. quamuis etiam secundario simul fauorem parentum respiciat. Hahn ad W. b. n. 3.

2. Vt autem exceptio hæc locum habeat requiritur (I) Vt pecunia sit mutuo data filiofamilias. Vnde [α] Non quodlibet mutuum filio est interd-

re dictum, sed tantum in pecunia l. 3. §. 3. b. multominus alii contractus, nisi fraus legibus quaeratur l. 3. §. 3. l. 7. §. 3. b. & alii contractus tantum simulentur, quod videtur esse incertis nominibus credere l. 1. pr. b. Huber. b. §. 1.

3. Porro **(I)** sequitur filium precise adhuc tempore mutui debere esse sub patria potestate l. 3. §. 3. b. l. 9. §. 2. l. 1. §. 2. 3. b. Hillig. ad Donel. l. 12. c. 24. Contrahi itaque secure potest cum liberato ex patria potestate l. 3. §. ult. b. etiam per dignitatem Carpz. P. 2. C. 10. d. 17. vel qui pro patrefam. habetur l. 7. §. 1. in f. C. b. l. 2. b. licet adhuc sit sub P. potestate, vel alias libere disponere possit inter vivos, vt filius in peculio aduentitio extraordinario Brun. ad l. 1. ff. n. 6. b. quia hic parentibus nihil amplius metuendum est l. 3. §. 3. b.

4. **(II) Res data a sciente.** Excusatur itaque, qui iuste debitorem patrefamil. credidit l. 3. pr. b. quem errorem probare debet creditor l. 1. C. b. non vero, qui scire facile hoc potuit l. 19. b. l. 7. §. 7. b. Item si dolose quis se patrefamil. affirmasset vid. l. 1. C. b. B. Dn. de Iena de SCTO Maced. sect. 5. apb. 4. Donell. lib. 12. c. 26.

5. **(III) Res data a valente pecuniam mutuum dare.** In pupillo itaque non habet locum, qui nec credere potuit pecuniam, sicut nec filiusfamil. l. 3. §. 2. b. Idem de minore quoque asseritur, quoniam restitui posset contra SCTUM. c. l.

6. In ciuitate tamen locum habet l. 15. b.

quamvis dubitari posset, annon, postquam iure C. iura minorum ei sunt tributa, l. 3. C. d. Iur. Reip. restitui contra hoc Sctum possit.

7. (IV) *Sine consensu patris*. Alias valet mutui datio l. 2. 4. 5. C. b. Consentit vero pater (a) *expresse* l. 12. b. & quidem vel *ab initio*, licet reuocauerit mandatum ignorante creditore, l. 12. b. vel *ex post facto* per ratihabitionem l. 12. C. b. (β) *tacite*, si sciente & permittente pater filio credatur l. 4. C. b. l. 12. l. 16. b. vel facti ipso contractum approbet, l. 7. §. 15. b. vel alias solitus fuerit pro filio soluere.

8. Denique (γ) *presumptive* si pecunia mutuo accepta a filio fam. ad eam causam, ad quam pater ex pietate tenetur, veluti ad studia, quatenus creditor probabilem non excesserit modum l. 7. §. 13. b. vel alias pecunia, in rem patris versa l. 7. §. 12. b. Donell. lib. 12. c. 27. lit. e.

9. (V) *Vt filius sui iuris factus debitum non agnouerit*, alioquin cessat hzc exceptio l. 2. C. b. v. c. si partem debiti soluerit l. 7. §. ult. b. vid. tamen Dn. Berger. in Res. LL. b. qu. 5. *Græuius Exere. 12. ad ff. §. 26.* si pignus dederit, ubi tamen tantum quoad quantitatem concurrentem debitum censetur confirmatum. l. 9. §. 1. b. Donell. cit. l. c. 28.

10. Ceterum filii fam. ratihabitione vincendi patri non præiudicatur, imo si soluerit, ipse quidem non repetet. l. 9. §. f. l. 10. b. l. 40. §. 1. b. *cond. indeb.* bene tamen pater existens vindicabit,


cabit, consumptos verb condicet, *l. 3. §. 2. b.*

II. Est hæc exceptio *realis*, hinc & fideiussoribus & heredibus prodest *l. 9. §. 3. b.* imo in hoc *privilegiata* est, quod opponi possit executioni post rem iudicatam *l. 11. b.* nec noceat renunciatio a filiofamil. facta, Hahn. *ad W. b.* nisi iurata sit. Dn. Stryk. *de caus. contract. Sect. 2. §. 1. c. 15.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. f. l. si quis patrem fam. 3. pr. §. 2. 3. l. Item si filiusfam. 7. §. 3. 6. 11. 12. 13. f. l. sed si paterfam. 9. pr. §. 2. 3. l. tamen. 11. l. si tantum. 12. l. si quod. 13.

Ex Codice. l. si filius. 1. l. Zenodorus. 2. l. si filiusfam. 3. l. permittente. 4. l. Macedoniani. §. 1. vlc.



Lib. XV. Tit. I. (IV. 26.)

De Peculio.

1. **P**ECULIUM est quasi pusilla pecunia seu patrimonium quoddam (*l. 5. §. 3. b.*) quod servus vel filius permissu patris vel domini separatim a dominicis rationibus habet. *l. 5. §. 4. b.* De aliis significatibus conf. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 33.*

2. Hinc peculium est universitas quædam iurium commodorum & incommodorum recipiens decrementum & incrementum *l. 40. b. l. 46. de R. V. l. 6. de pecul.* & per consequens pretium succedit in locum rei & contra, *l. 1. C. de Castr. pecul. l. 33. b.*

3. Olim quidem vnum & feruorum & filiorum fam. erat peculium, sed post sub Caesaribus peculia filiorum famil. varie legibus sunt immutata, ita vt fere quinque species inde enumerantur.

4. Videlicet Peculium filiorumfam. est vel *patrimonium* vel *militare*; hoc vel *castrense* vel *quasi castrense*, illud vel *profectitium* vel *aduentitium*, idque rursus vel *ordinarium* vel *extraordinarium*.

5. *Castrense* est quod filiusfam. non fuisse adquisiturus, nisi militia operam dedisset, vt quod filio ad res castrenses comparandas donatum. l. 3. de cast. pecul. vel quod acquirit propter cognitionem castrensem. l. 1. l. 4. C. eod.

6. *Quasi castrense* peculium est ad exemplum militiae sagata introductum, & comprehendit omne illud, quod filiofamil. non obuenerit, nisi artibus liberalibus & studiis operam dedisset. Dn. Stryk. de Success. ab l. diff. 11. c. 3. §. 7.

7. Unde & sumtus in studia eodem modo sunt peculii castrensis, sicuti illa peculii castrensis sunt, quae dantur ad instruendam militiam. l. 11. de cast. pecul. modo utroque casu euentus sequatur, & filius militiam vt & cursum studiorum non derelinquat. Id. c. l. §. 2.

8. In utroque peculio (1) filiusfam. plenissime disponit, & habetur hoc intuitu pro patre famil. l. 6. pr. §. 3. C. de bon. que lib. & hinc patri omne ius ademptum (2) habet in castrensi locum

cum beneficium separationis *l. 7. de cast. p. 10.*
l. 1. §. 9. de separat. (3) competit beneficium
 competentie *l. 6. §. 18. de re iudic.* (4) Non
 confertur *l. 1. §. 15. de collat. l. f. C. cod. Dn.*
Stryk. c. 1.

9. *Adventitium* comprehenditur omnia ista
 bona *qua filius aliunde quam ex causa militie cogna-
 te vel sagate aut etiam ex re patris acquisivit l. 6.*
pr. l. 8. C. de bon. qua lib. Hinc eo spectant ac-
 quisita ex artibus illiberalibus, & quæ alias ex
 titulo lucratio filio obuenerunt non intuitu
 militie vel studiorum, veluti hereditas ma-
 terna, &c.

10. In hoc peculio patri adhuc plus iuris
 relictum est. Nam (1) habet in eo vsumfru-
 ctum *l. 6. pr. C. de bon. qua lib.* quem nec mor-
 te filii amittit *l. f. C. ad Sc. Tertul.* Hinc de-
 functi fratres pro parte tantum succedunt in
 proprietate. Emancipatione tamen olim
 pro dimidia parte amittebatur, hodie vero in
 totum.

11. Præterea (2) liberiozem ad instar domi-
 ni adhuc habet administrationem, hinc pro-
 curatorem ad instar domini in eo constituit
l. 7. C. de bon. mat. sumtus omnes ferre tene-
 tur, nec rationes reddit *l. 6. §. 2. de bon. qua
 lib.* imo in casu necessitatis vel utilitatis alie-
 nat *l. f. §. 4. 5. cod.*

12. Quodsi vero extra hunc casum aliena-
 tio facta, filius sui iuris factus reuocare eam
 potest, modo non sit heres patris factus Brun-

nem. ad l. 1. C. cod. n. 14. Quia vero proprietas manet penes filium, hinc illud quoque non confert. Dn. Stryk. *e. l. c. 4. §. 1. 2.*

13. Et hoc quidem *ordinarium* dicitur. *Vbi vero extra ordinem patri quoque plene Vsfusfructus est ademptus in eiusmodi bonis, dicitur peculium extraordinarium.*

12. Huc referuntur casus sequentes (1) si filius patre dissentiente aliquid acquirat, *l. si pr. C. de bon. que lib.*

13. (2) Quæ relicta sunt liberis sub conditione, ne vsusfructus patri obueniatur. *Nov. 117. c. 2. in pr. auth. excipitur C. de bon. que lib.* quod tamen restringunt ad id, quod liberis ultra legitimam a matre relictum. Dn. Berger. *in res. sol. LL. n. 1. 2.*

14. (3) Quæ filiusfamilias vna cum patre ex successione fratris, peculium pleno iure possidentis, acquisiuit *Nov. 118. c. 2.* Quod in *auth. item. C. cit. l.* extenditur etiam ad successionem extranei.

15. (4) Quando pater iniuste diuortium facit tunc bona pro besse liberis pleno iure acquiruntur *N. 134. c. 11.*

16. (5) Si vsusfructus a patre remittatur, *l. 6. §. 2. C. cit. tit.* & deniq; (6) si pater male in administratione se gerat, saluis patri egenti alimentis *arg. l. 50. ff. ad SC. Trebell.* Huber. *b. §. 2. n. 7.*

17. Communiter etiam huc referuntur donata a Principe, quæ tamen expresse in *l. 7. C. de*

de bon. qua lib. ad bona castrenfia vel quasi referuntur. In effectu hoc interest, quod de peculio castrenfi testari liceat, non etiam de hoc. Huber. *cit. l. in fin.* Dn. Hoppius in *comment. ad l. tit. quib. non est permiss. pr. verbo qui castr.*

18. Commodius forsân huc refertur *pecunia lustrica* das *Patengeld*. Dn. Engelbr. *ad ff. b. n. 35.* Dn. Stryk. ad Brunnem. *iur. eccles. lib. 2. c. 1. memb. 2. §. 13. verbo: acquiruntur.*

19. Tandem *feudum acquisitum* quoque huc referunt, Dn. Engelbr. *c. l. 9. 34. in f.* quod concedi potest, si respectu seruitiorum sit improprium, alias ad militare videtur referendum esse. conf. Dn. Stryk. *de success. ab intest. diss. 11. cap. 3. §. 6.*

20. Tandem *profectitium* est, quod *filius ex re patris vel intuitu eius acquisiuit*. Et hoc retinuit adhuc pristinam naturam *l. 4. §. ult. de dol. mal. §. met. except. §. 1. I. per quas pers. adeo, vt collationi obnoxium sit*, Dn. Stryk. *cit. l. 6. 4. §. 6. conf. l. 12. C. de collat. l. 13. C. fam. here.*

21. Præsupponit vero peculium proprie dictû, (I) *concessionem Domini vel patris, l. 7. §. 3. & 4. b. l. 46. b.* Ex qua obligatio eius respectu peculii oritur, *l. 21. §. fin: l. 10. C. b.* Sufficit tamen scientia, & patientia Domini vel patris *l. 7. §. 2. l. 4. §. 2. b.*

22. (II) *Traditio rei* in hunc finem vt vicem peculii subeat, *l. 8. b. l. 16. in fin. l. 4. §. 1. b.* Sufficit tamen *facta l. 49. pr. b.*

23. (III) *Separata filii vel serui administratio*, l. 5. §. 4. l. 4. pr. b. præter hanc itaque nullum ius in hoc peculio habet, vt nec donare possit, nisi ex iusta causa l. 7. pr. de donat. Pater tamen si non ademit emancipato, donasse censetur ex postfacto l. 31. §. 2. eod. imo filio præcipuum manet, licet bona paterna a fisco occupentur, l. 3. §. 4. de min. in fin.

24. Ex hac concessione patris vel Domini datur actio de peculio in eum ex contractu filii, vel serui, ad soluendum illud peculiotenus, quod in contractum est deductum, deducto eo, quod patri vel Domino inde debetur.

25. Respiciendum circa hanc actionem (1) ad causam contrahendi, l. 1. §. 1. l. 47. §. 1. l. 3. §. 9. b. (2) ad quantitatem peculii tempore rei iudicatae l. 30. pr. l. 32. §. 1. b. Est enim hic obligatio patris vel domini non absoluta, sed tantum respectu peculii, adeo vt mutato peculii dominio, præsens dominus nouus teneatur l. 27. §. 2. l. 37. 2. b. (3) ad id quod Domino vel patri debetur, in quo ille prioritatem habet, l. 52. pr. b. quod pluribus illustratur in l. 9. §. 2. seqq. l. 11. §. fin. l. 17. b. modo aliunde suum consequi non possit, l. 11. §. 6. & 7. b.

TEXT. NOTAB.

l. licet, 3. §. 9. 7. 9. 11. 12. f. l. depositi §. 2. 3. 4. l. sed si datum, 9. §. 2. 7. l. summa. 21. pr. l. id vestimentum. 25. l. quæsitum est 30. §. 4. 6. f. l. si quis 44. l. qui peculii. 46.
 Ex Codice. l. omnes, de Castrensi omn. palat. pec. l. si in potestate l. l. erat. 3. l. cum allegas. 4. l. de Castrensi pec.

Tit. II.

Quando de peculio actio
annalis est.

26. **R**espiciendum tandem (5) ad tempus
instituentæ huius actionis, quæ filio
vel seruo in potestate manente perpetua est,
l. 1. §. 1. b. potestate autem sublata, contra do-
minum vel patrem ex æquitate incipit esse an-
nalis, nisi ipsa actio principalis breviori spa-
tio inclusa sit, l. 2. pr. b.

Tit. III. (IV. 26.)

De in rem verso.

1. **A**CTIO DE IN REM VERSO, est pretoria per-
sonalis, quæ datur iis, qui cum filiofamilias
vel seruo in utilitatem patris vel Domini contraxe-
runt ad consequendum illud, quod in rem patris vel
domini versum est, §. 4. l. quodcum eo qui in al. &c.
l. 1. pr. b.

2. Requiritur itaque (I) ut filius familias vel
seruus negotium patris vel domini agat, non propri-
um, l. 10. in f. b. ibique Gothofred. in not. lio. f. nec
attenditur licet per quandam consequentiam
in rem Domini versum sit, l. 11. b. conf. l. 7.
§. 4. & 5. b.

3. (II) Ut utilitas domini vel patris ex hoc ne-

gestio sit promotæ, toties enim de in rem verso est actio, quibus casibus procurator mandati vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem *l. 3. §. 2. b.* versus autem æstimandum est, ex necessitate & utilitate *l. 5. §. 2. b. l. 3. §. 1. 3. 8. l. 19. l. 20. pr. l. 21. b.*

4. Vnde (1) quæ magis ad voluptatem spectant, huc non pertinent, *l. 3. §. 4. b.* nisi voluntas domini adsit, *l. 3. §. 6. b.* (2) Non tenetur dominus, licet acceperit seruus pecuniam, quasi in rem domini verteret, non tamen vertit, *l. 3. §. 9. b.* non nocet autem, si utilitas communi intercitat *l. 3. §. 7. & 8. l. 17. pr. b.* (3) eatenus quis obligatur, quatenus versus est *l. 10. §. 4. b.* (4) actor probare debet hanc versionem, *l. 3. §. 9. b.*

5. (III) *Vt duret versus*, scilicet respectu patris vel domini, quatenus filio vel seruo non est solutum, *l. 10. §. 6. seqq. b.*

6. Imitatur itaque in plurimis actionem negotiorum gestorum, quæ tamen est per se subsistens & semper bonæ fidei, cum hæc tantum sit qualitas adiectitia, & naturam sequatur actionis principalis *l. 10. §. 5. b.*

7. Quod si tamen cum homine sui iuris contractum, & exinde aliquid in alterius utilitatem versus, utilis datur hæc actio, *l. 20. pr. l. fin. b.* Hahn. *ad W. b. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. quod si seruus 3. §. 2. 4. 6. 7. l. sed dicendum. 4. l. si res domino. 5. l. si pro patre. 10. §. 6. l. quidam fundum. 16. l. pen.

Tit. IV.

Quod iussu.

1. **A**CTIO QUOD IVSSU est personalis, illis competens, contra patrem vel dominum, cuius iussu cum filio familias vel seruo contractum est, ad praestandum id, quod secundum hunc iussum in contractum est deductum in solidum, l. 1. pr. b.

2. Praesupponitur itaque (I) iussus expressus, qui a mandato differt, quod cum imperio coniunctus sit, cum mandatum precibus & libera voluntate contrahatur, l. 1. §. 4. mandati, l. 17. §. 3. commod. hinc sola scientia non sufficit. Potest tamen simul concurrere mandatum ad tertium directum, ut ille contrahat cum filio vel seruo, quo casu actio mandati etiam competit.

3. (II) Negotium secundum hunc iussum contractum, eatenus enim obligatur dominus, quatenus iussit l. 3. b. quod applicant ad hos, qui ex iussu principis cum aliis negotia gerunt, vid. Diss. nostr. inaug. sub praesid. Dn. Strykii de iure epistalmatis.


4. (III) Iubentis idoneitas, qui enim ipse contrahere nequit, nec iubere potest l. 1. pr. b.

5. (IV) Negotium tale, quod filius nomine proprio gerit, neque enim actio quod iussu competit, si dominus vel pater per servum vel filium in propriam utilitatem cum aliquo contrahit, l. 5. pr. b.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. i. pr. §. 2. 4. 6. 7. l. si iussu eius. 4.



Lib. XVI. Tit. I. (IV. 20.)

Ad Senatusconsultum Velleianum.

HOC SCto cauetur, ne feminis pro aliquo intercedant, l. 1. C. 2. b. l. 3. C. sponsal. exinde feminis competit exceptio SCti Velleiani, imo etiam conditio, si contra SCtum hoc solum l. 40. ff. de iur. iudic.

2. Ut autem beneficio huius SCti frui possit, requiritur (I) ut mulier intercedat pro alio, h. e. alienum obligationem veterem vel novam recipiat l. 8. §. 1. ff. l. 1. l. 4. C. b. C. ad veterem, vel accessoria, fideiubendo, mandando l. 3. C. b. l. 5. l. 19. §. 5. b. defendendo l. 5. §. 5. l. 19. §. 5. b. vel privative expromittendo, nonando, l. 1. §. 2. ff. l. 1. C. b. l. 8. §. 8. b. Quid ad novam, si mulier intuitu alterius contraxerit l. 8. §. 14. b. l. 4. C. b. Hering. de fideiuss. c. 7. n. 395.

3. Intercedit quoque mulier si res suas pro alio obligat, l. 5. l. 7. C. b. non vero si reddat pignus l. 8. pr. b. Meu. 3. D. 84. v. 4. etiam marito

marito reddat Zang. de accept. P. 3. q. 11. num.
12. seqq. Brunnem. ad l. 11. C. b. n. 7. Hahn. ad
W. b. n. 5.

4. Non tantum autem pro alio intercedere
prohibetur, sed etiam in specie pro marito *ubi*
si qua mulier. C. b. quæ prohibitio strictior est
Men. 7. D. 229, adeo, ut (1) hæc sit ipso iure nul-
la. (2) nec possit huic authenticæ renunciari,
nisi iurato Struv. b. l. §. 21. nec valeat (3) licet
post biennium repetita fuerit.

5. In tantum vero huic Scto locum, in
quantum intercessit pro alio. Hinc si corre-
am cum alio se constituit, pro rata tantum ob-
ligatur l. 17. §. 1. 18. b.

6. (II) *Ut principaliter intercedat.* Neque enim
intercessio, quæ per consequentiam quendam fieri
videtur, attenditur, Gothofr. in not. ad l. 19. §. 3.
H. A. quo pertinet, si simpliciter alteri indem-
nitatem promiserit l. 19. pr. §. 1. seqq. b. Men.
4. D. 298, nisi simul alienam obligationem sus-
seperit. c. l. §. 4. l. 6. §. 1. C. b.

7. (III) *Ut intercessio sit vera et non apparens.* Ap-
parens illa videtur, [a] ubi pro alio interve-
nit in proprium commodum l. 2. C. b. veluti, ubi
quasi debitor delegata est l. 8. §. 2. h. l. 24. pr. b.
In propriis enim contractibus mulier non iu-
uatur l. 10. l. 13. C. b.

8. [β] Si pro alio solvat l. 1. C. b. in f. l. 5. 4. §. 5.
5. b. modo non ex præcedenti fideiussione sol-
uerit, alias locum habet repetitio l. 9. C. b. [γ]
Si donatrix l. 4. §. 1. b.

9. [d] Si *in effectu* obligatio ad mulierem spectat *l. 13. pr. l. 25. b.* quo etiam refero, si aliquid acceperit, ut intercederet *l. 23. C. b. modo proportionem illud, quod datum, habeat cum fideiussionis summa Zang. de except. P. 3. c. 71. n. 145.*

10. Cauendum tamen, ne vbi vera adest intercessio, decipiamur externo colore *l. 8. §. 6. 14. l. 29. §. f. ff. l. 19. C. b.* vel etiam vbi nulla adest, eam ex externa facie adesse dicamus *l. 28. pr. b.*

11. (IV) *Vt intercessio sit simplex.* Repetita enim subsistit *l. 22. C. b.* modo (1) mulier sit maiorrennis (2) pro eadem causa repetat intercessionem (3) post biennium (4) prima obligatio subsistat Brunn. *ad. c. l. inf. Meu. 6. D. 299.*

12. (V) *Vt mulier propter illam intercessionem lesionem incurrat ex infirmitate sexus. l. 21. b.* Hinc si mulieri id, pro quo intercescit, solutum fit, non vitur hoc auxilio *l. 15. l. 16. l. 19. §. 5. b.* Idem est, si versio in rem vxoris probetur Nou. *134. c. 8.* (vbi tamen non sufficit confessio vxoris in instrumento facta Zang. *de Except. p. 3. c. 11. n. 130. seqq.* Struu. *decis. Sabb. dec. 23.*) Berl. *p. 2. concl. 19. n. 74. seqq.* vel si communem cum marito negotiationem exerceat Brunn. *ad l. 17. n. 7. b.*

13. Lxxio itaque ex *imbecillitate sexus* debet oriri *l. 2. §. 2. b.* Hinc [a] non subuenit SCrum callide versantibus *l. 2. §. 3. b. l. 5. inf. C. b. l. 18. C. b.*

C. b. veluti si sciens se esse munitam SCTO soluat, non repetit *l. 9. C. b.*

14. Nec illis, [β] prodest, quæ infirmitatis præsidium pro se allegare nequeunt, propterea, quod sint instructæ consiliariis propriis Hering. *de fideiuss. c. 7. n. 517. seqq.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 1.*

15. (VI) *Vt creditor sciat eam intercedere l. 12. b. l. 1. l. 5. C. b. & sufficit eum scire debuisse & potuisse l. 17. pr. b.* Vbi vero iusta est ignorantia, creditor securus est *l. 4. pr. l. 11. l. 27. pr. b.*

16. (VII) *Vt creditum, pro quo intercedit, non sit magis favorabile.* Hoc contingit (1) si pro libertate intercedat *l. 24. C. b. l. 95. §. 2. inf. de solut.* (2) pro dote *l. 25. C. b. l. 41. de I. dot.* (3) Si apud minorem creditorem pro debitore inopè intercedat *l. 12. de Minor.*

17. (VIII) *Vt huic beneficio non renunciauerit.* Hoc enim fieri posse verius est, quia in fauorem vxorum introductum SCTUM principaliter *l. 40. pr. de cond. indeb.* Hering. *c. l. c. 7. n. 468.* Berl. *d. l. n. 15.* Hahn *ad W. n. 9.* etiamsi extraiudicialiter & absque iuramento renunciatio facta sit Dn. Stryk. *de Caut. contr. §. 2. c. 6. §. 3.*

18. In ipsa renunciatione tamen præsupponitur, (1) *Vt in specie mulier de suo beneficio certioretur* Hering. *c. l. n. 473.* & quidem (2) coram Notario & testibus Berl. *c. l. n. 49.* (3) Concipiatur renunciatio verbis Germanicis Dn. Stryk.

Stryk. *c. n. S. 1. c. 5. §. 6. seqq. (4)* Renunciatio fit specialis.

19. Iuramentum tamen esse loco specialis certificationis volunt Zang, *c. l. n. 164.* quod tamen dubium vid. *disp. nostr. de Contr. non prod. c. 2. §. 11. seqq.* Dr. Io. Sam. Stryk. *disp. de cert. iur. renunc. c. 2. n. 14. seqq.* Meu. *ad Ius Lub. l. 1. §. 7. art. 7. n. 121.* Ceterum hanc certificationem etiam in genere in aliorum renunciationibus esse necessariam colligo ex *Constit. Max. de novis. §. 14.*

20. Hisce concurrentibus requisitis competit mulieribus exceptio huius *SCi*, quae etiam post rem iudicatam opponi potest, *l. 11. §. 1. SCi. Macedon.* Datur etiam fideiussori et licet regressum aduersus mulierem non habet, at *l. 16. §. 1. l. 19. §. 5. ff. l. 14. C. h. item heredibus l. 20. C. h. vt & mandatariis l. 15. C. h. l. 30. §. 1. h. conf. l. 8. §. 4. b.* Quin & repetit pigoris cum fructibus, etiam a tertio *h. f. possessore l. 32. §. 1. b.*

21. Merito tamen æquum visum fuit, ita mulieri succurri, vt in veterem debitorem seu principalem actio daretur *l. 1. §. 2. b.* Imprimis autem tunc restitutione actionis opus contra veterem debitorem, quando mulier *privatim* in se obligationem transtulit, vnde & *restitutoria l. 8. §. 9. b. vel rescissoria l. 16. C. h.* dicitur.

22. Restituitur autem cum omnibus qualitibus *l. 24. §. 2. Et fin. l. 29. pr. l. 14. b.* & quidem illi soli, apud quem intercescit *l. 8. §. 11. l.*

20. b. modo is, contra quem restituenda est actio, obligari possit, l. 8. §. 15. l. 32. §. fin. b.

23. Vbi mulier nouam obligationem in se suscipit, datur actio, quæ institutoria vocatur ex l. 8. §. 14. b, aduersus eum, in cuius utilitatem vxor contraxit. Vtraque actio perpetua est. l. 10. b.

24. Aliquando Mulier ne quidem opus habet hoc SCto, sed ipso iure tuta est, quando non est facta intercessio in publico instrumento, l. antique 23. §. 2. C. b. Tunc enim intercessio ipso iure nulla est, quæ tamen lex ad illos casus minime spectat, vbi mulier valide ex intercessione obligatur, Dn. Stryk. de caut. contr. Sect. 2. c. 6. §. 12.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. l. Et primo. 2 §. 2. 3. 4. f. l. si fideiussores. 6. l. quæuis. 8. §. 1. 3. 5. 14. l. hæ actiones. 10. l. si mulier. 11. l. aliquando. 13. l. si mulier. 14. l. Vir vxoris. 17. pr. §. vlt. l. 18. l. Tutor. 19. pr. §. 1. 5. l. debitor. 24. pr. l. bona fide. 27. pr. §. f. l. quidam. 29. l. si mulier. 32. pr. §. 2.

Ex Codice. l. mulieribus. 1. l. frustra. 2. l. Senatus Consultum. 4. l. si sine. 5. l. si mater. 6. l. si paternam. 8. l. quamuis. 9. l. etiam. 11. l. mulierem. 14. l. si vxor. 15. l. si mulier. 16. l. si cum pater. 17. l. feminis. 18. l. cum ad eas. 19. l. heredes. 20. l. iubemus. 21. l. si mulier. 22. auth. si qua mulier. l. antiquæ. 23. l. vlt.

Tit. II. (IV. 31.)

De Compensationibus.

1. COMPENSATIO h. l. est debiti & crediti inter se contributio, l. 1. b. De origine huius & ambiguitate, vid. Pestel. *diff. de compens. ob.*

4. Hahn. *ad W. b. n. 2.*

2. Ut compensatio locum habeat, requiritur (1) ut mutuum adsit debitum & creditum l. 9. §. 12. *in fin. b.* Quod sufficit, quando queritur de personis, quæ compensare possunt, Bachou. *ad Treutl. V. 1. d. 25. sb. 10. l. A. B. C.* licet alias soluere non possint, l. 11. C. b.

3. Excipiuntur tamen in l. 3. C. b. quædam debita compensationem contra Fiscum & ciuitatem non recipientia, (1) qui priuatus debitor est ex Kalendario, (2) ex vectigalibus, (3) ex causa armonaria, (4) Tributorum, (5) ex causa alimentorum, (6) eius pecuniæ, quæ statutis sumtibus seruit, (7) fideicommissi, quod ciuitati debetur, Zanger. *de except. part. 3. c. 8. n. 21. seqq.* Hahn. *ad W. b. n. 10.*

4. Ex d. 7. C. b. adhuc (8) excipitur, qui emit a Fisco, quod pretium compensari nequeat, imo (9) nec causa depositi eam admittit, §. 30. l. de Act. nec (10) causa spoli l. fin. C. b. *in fin.* ibique Brunnem.

5. Sufficit itaque mutuum esse debitum & creditum, licet diuersæ adsint personæ, modo
inter

inter illas una fit obligatio. Sic fideiussor compensat quod reo debetur *l. 4. § 5. b. Meu. 1. Dec. 117. § 2. D. 217. Zang. cit. l. n. 43.* & heredi, quod defunctus debet, *Meu. t. D. 121.* & filius, quæ patri debentur *l. 9. pr. § 1. b.* & quod correo socio debetur *l. 10. de duob. reis,* & tutor nomine pupilli conuentus, quod sibi proprio nomine debetur, non tamen contra. *l. 23. b. Faber. in C. b. def. 8.*

6. Vbi vero est diuersum debitum, hoc est quod non ei debetur, qui conuenitur, sed alii, compensatio non obtinet, *l. 9. C. b.* Exemplū est *in l. 16. pr. § 1. b. conf. Lauterbach. b. ab init.*

7. (II) *Debitum utrinque verum & sic etiam,* quod natura tantum debetur *l. 6. b. l. 8. de except. doli, l. 69. de condit. indeb. l. 8. § 1. rem rat. habit. l. 2. C. b.* modo non sit reprobatum, *l. 16. in fin. ad SCtum Vellei.* non vero debitum *mere civile,* & quod per exceptionem perpetuam, vel temporalem elidi potest. *l. 14. b.*

8. Hinc & varia delicta compensantur, quatenus æqualia sunt, *l. 10. pr. b.* & priuatum interesse continent. *Hahn. ad W. b. n. 4. Zanger. cit. l. n. 85.*

9. (III) *Vt debeatur utrinque genus,* *l. 18. pr. de pignorat. act. l. 6. C. de rei vind. h. e. (α)* vt res compensandæ sub vno, non diuerso genere, contineantur, *(β)* vt sint eiusdem qualitatis & bonitatis, *(γ)* vt in genere debeantur. *Hahn. cit. l. n. 6.*

10. (IV) *Debitum utrinque liquidum*, *Et de quo liquet, quid, quale, quantum sit.* l. 1. §. 1. C. b.

11. Liqueat autem de debito per confessionem aduersarii, per celerem probationem Zanger, *cit. l. num. 96. seqq.* per instrumentum Carpz. *l. 8. 14.* & sufficit liquidum esse *re sententia, l. fin. C. b. Meu. 1. Dec. 102. Dec. 228.* litigiosum tamen debitum non absolute illiquidum & hinc compensabile, *l. 3. h. vid. tamen Faber. in C. h. def. 10.*

12. (V) *Debitum utrinque parum, & statim compensabile.* Hinc debitum in diem vel sub conditione non compensatur *l. 7. pr. b.* modo debitoris gratia & non humanitatis causa *l. 16. §. 1. b. Zanger. cit. l. 1. 96. & seqq. conf. Berlich. p. 1. conclus. 81. v. 21.*

13. Hisce concurrentibus compensatio *ipso iure, l. 14. pr. C. b.* Quamquam allegari in iudicio debeat, *Meu. 7. D. 127. & 252. v. 4.* tamen non demum a tempore allegationis, sed illo, quo utrumque debitum adfuit, effectum habeat. *l. 4. C. b.*

14. Extinguit itaque obligationem quoad concurrentem summam, *Brunnem. l. 1. v. 4.* cum omni causa & accessionibus, veluti *usufructibus l. 11. 12. b. pignoribus l. 12. C. b.* hinc ratio pignoratitia institui potest, prescriptio eius currere incipit, Chirographum potest contendi, &c. *Meu. 2. D. 186. & 6.* Breuius habet effectum solutionis.

15. Reiecta exceptione compensationis manet adhuc salua petitio eius, quod reus in compensationem deducere voluit, modo debitum compensabile a Iudice per sententiam non sit reprobatum. *l. 7. §. 1. b. Faber. in C. def. 5.*

16. Affinis compensationi est RETENTIO, *l. 7. §. 5. solut. matrim. l. 1. §. 9. depos. l. fin. C. commod.* quæ vt locum habeat, imprimis requiritur, (1) *vt res sine vitio ad possessorem peruenit*, *Meu. 9. D. 43.* (2) *Vt constet de debito*, *Meu. 2. Dec. 214. & 2. D. 115.*

17. (3) *Vt liquidum sit*, de quo Iudex arbitratur *Id. 2. Dec. 16.* quamuis si illiquidum sit, rem dimittere ante cautionem præstitam non teneatur, *Id. 2. D. 214.* imprimis per rem ipsam, quæ restituitur, cauendum, *Idem 9. Dec. 242.*

18. (4) *Vt causa debendi connexionem cum re habeat*, *Brunnem. Cent. 5. Dec. 11. n. 1. Meu. 2. D. 214.* In pignore singulare est, quod etiam ob aliud debitum retineri possit. *1. 1. C. etiam ob Chirograph. pecun. pign. res. posse.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. 1. vnusquisque. 2. 1. Ideo. 3. 1. verum. 4. 1. Etiam. 6. 1. quod in diem. 7. 9. 1. 1. in compensationem. 8. 1. si ambo fori. 10. pr. §. 1. 2. 1. non alter. 11. 1. quæcunque. 14. 1. pecuniam. 15. 1. cum militi. 16. 8. 1. 1. in rem suam. 18. 6. 1. id quod. 23.

Ex Codice. 1. & sententia. 1. 1. ex causa. 2. 1. in ea. 3. 1. si constat. 4. 1. neque. 6. 1. eius. 9. 4. inuicem. 12. 1. si velut. 13. 1. vit.

Tit. III. (IV. 34.)

Depositum vel contra.

1. **D**EPOSITUM est contractus realis, quo principaliter alicui ad custodiam datur res, ut illam ad libitum deponentis in specie deterioratam restituat.

2. Depositum est vel simplex vel interest. Hoc dicitur, quando tempore traditionis vel incendii res deponitur, & hoc habet, quod lis inficiando ibi crescat, & conditio indebiti cesset l. 1. §. 3. b. §. 17. l. ult. §. ult. l. de obl. qua quas. ex contr. In heredem autem in simplum ex dolo defuncti datur nisi ex dolo proprio condemnetur. l. 1. §. 1. b.

3. In genere in deposito requiritur **Q**uod res tradatur depositario a deponente. Hinc vterque in hoc negotium consentire debet l. 2. pr. b. Meu. 2. D. 54. l. 26. §. 2. b. Traduntur vero omnes res cuiuscunque generis, etiam alienæ l. 1. §. 36. b. l. 16. b.

4. Si cista tradatur, singulæ res in illa comprehensæ depositæ censentur, etiam si ignoraverit depositarius, quænam res essent illæ inclusæ l. 1. §. 41. b. Debet tamen deponens probare singulas res, si post controuersiam de super oriatur, & statur aliquando eius instrumento. Struu. Ex. 21. 1b. 41. Dn. Stryk. de contr. contr.

S. 2. c. 3. §. 7. Franzk. b. n. 64. seqq. Brunnem. ad c. l. n. 29. Hahn. ad W. b. n. 4.

5. (II) *Vt tradatur primario custodia causa*, h. e. vt propter custodiam totum negotium suscipiatur. Adeoque [α] *non est depositum, sed custodia in aliis contractibus promittatur*, quæ magis ad præstationes personales refertur, & gradum diligentia maiorem designat. §. 3. l. de E. Vend. l. 2. §. 1. de peric. & comm. rei vend. l. 1. §. 12. 13. b. Dn. Coccei collat. iurid. pag. 9.

6. [β] *Res talis debet tradi, quæ sub custodiam cadere possit*. Hinc rei immobilis depositum communiter non admittunt Moz. de contr. de pos. tit. de reb. quæ deponi poss. n. 1. Dn. Stryk. caut. contr. S. 2. c. 3. §. 6.

7. Alii tamen & hoc admittunt, cum custodia non tantum in hoc consistat, *ne res auferatur*, sed etiam *ne deterioretur* Franzk. b. n. 6. Hahn. ad W. b. n. 4. Vt plurimum mandatum esse negari nequit, cum plerumque *administratio* simul committi solet.

8. [γ] *Non potest depositarius re deposita vti absque crimine furti l. 3. C. b. inuito scil. domino. Bene itaque volente. Et hinc aliquando oritur depositum irregulare, vbi vsus rei depositæ simul conceditur, & quidem vel tacite, quando pecunia non ob signata deponitur, l. 25. §. 1. b. vel expresse, si ab initio vsus pecuniæ, si alteri placuerit, conceditur, vbi antequam vtatur, manet depositum l. 1. §. 34. b. l. 10. ff. de Reb. cred. si ex post facto permittat, vt*

possit pecunia deposita vti, tunc si quis in depositario hoc vrgeat, statim fit mutuum *l. 9. in f. de reb. cred.* alias manet depositum *l. 24. l. 26. §. 1. b.*

9. In effectu interest [a] quod depositum sit priuilegiatum [c] non compensabile [d] periculum non connexum habeat, secto *mutuo.*

10. (III) *Vt suscipiatur custodia gratis.* Mercede interueniente est locatio conductio *l. 7. §. 8. C. 9. b.* Hinc quia beneficium depositarius tribuit, non facile vsuræ præstantur *l. 27. b. & minus cauti sepe sunt, qui illas accipiunt l. 7. §. 2. b.* Modica tamen remuneratio non excluditur, cautus tamen sit deponens, ut protestetur, se hanc non vt mercedem præstare, propter priuilegia depositi. Dn. Stryk. *l. 8.*

11. (IV) *Vt tradatur sub obligatione, rem illam ad libitum deponentis in specie restituendi.* Qui enim dolose non restituit, infamis fit *l. 10. C. b.* Restitutio itaque rei depositæ debet fieri (1) *bona fide l. 11. b.* vbi quis facultatem restituendi habet *l. 1. §. 21. C. 32. b.* Ita autem depositum restituendum, vt iustiori petitioni nihil detrahatur *l. bona fides 31. b.* adeoque depositarius prædonem exceptione iusti domini repellere potest. *c. l. in f.*

12. Bona fide quoque in restituendo agit, qui vni ex pluribus deponentis heredibus tantam ex pecunia obsignata soluit *curam Prætoris vel*

vel *beneficis personis*: In eo etiam individuum rem, praestita tamen prius cautione l. 1. §. 36. b. conf. l. f. C. b.

13. Debet quoque (2) restitutio fieri *illius ad beneplacitum deponentis* l. 1. §. 22. ff. l. 11. C. b. etiam si ad tempus res deposita fuerit, l. 1. §. 45. seqq. b.

14. Hinc nulla exceptio illam remorari potest, veluti (α) *compensationis* l. 11. pr. C. b. etiam si pecunia sit deposita Zang. *de Except. P. 3. c. 8. n. 118.* (β) *dominii*, si scilicet depositarius non ipse praetendat dominium l. 1. §. 39. b. (γ) *re-fcripti moratorii*, Vinc. Caroc. *de depos. P. 1. de casu n. 57. seqq.* (δ) *arrestari nequit. autb. sed iam cautum est.* C. p. Nov. 88. c. 1. vid. tamen Caroc. c. l. n. 77. & 79. Retentio tamen haud deneganda ex iusta causa depositario Brun-nemann. *ad l. f. C. b.* Bachou. *ad Treutl. b. 1b. 5. lit. c.*

15. Vtiterius (3) restituitur *in specie*. Si tamen heres, bona fide rem distraxit, de pretio tantum tenetur l. 1. §. f. b. vel actiones suas praestat l. 2. b. vel rem, ubi potest, redimit, l. 3. b. In deposito *irregulari* sufficit, si *tantumdem* in genere restituitur l. 24. b.

16. Porro (4) *non deteriorata* l. 1. §. 16. b. Dolus tamen cum lata culpa hic tantum praestatur l. 1. §. 8. 10. 47. b. l. 32. b. nisi se obtulerit deposito, l. 1. §. 35. b. Hinc ordinarie res depositas suis praeferre non tenetur. Dn. Stryk. c. l. n. 2.

17. Tandem (5) *eo loco, quo res est deposita* l. 12. §. 1. b. & *impensis deponentis* c. 1. pt. b.

18. Datur inde actio duplex, *directa & contraria*. Illa datur deponenti, aduersus depositarium ad rem dicto modo restituendam. *Plures depositarii in solidum singuli tenentur*, l. 1. §. 43. b. plures vero heredes pro rata, l. 9. b. *Contraria* datur depositario contra deponentem ad indemnitatem obtinendam, v. g. ad *impensas &c.*

19. Singularis species depositi est *SEQUESTRUM*, quod est depositum rei litigiosæ, vt finita lite victori restituatur l. 110. de V. S. quod *voluntarium* dici solet.

20. Ei opponitur *necessarium*, quod fit ex iusta causa, inuitis etiam partibus, a iudice, & regulariter prohibitum est l. vn. C. de *proh. sequestr.*

21. Admittitur tamen hisce concurrentibus: (1) vt fiat autoritate iudicis (2) aduersa pars citetur (3) iudex summarie cognoscat de iure, propter quod petitur, (4) probetur causa, propter quam petitur (5) vt alio remedio partibus cautum esse nequeat. Mynf. 2. *Obs. 11.* Meu. 2. *Dec. 246.* Vinc. Coroc. *cit. tr. P. 3. qu. 1. seqq.*

22. Causæ iustæ sequestrationis sunt, metus dilapidationis, fugæ, armorum, &c. Coler. de *process. executiuo p. 1. c. 2. n. 102. & seqq.* Hahn. ad *W. b. n. 6.* damni irreparabilis, propter quam causam etiam femine sequestrari possunt.

sunt. Dn. Coccei. *de femin. sequestr.* Reliqua huc pertinentia bene expendit Huber *b. §. 3. seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 4. 6. 8. 15. 24. 25. 34. 35. 36. 44. 45. pen. l. proprie. 6. l. si hominem. 7. pr. §. 2. l. quod privilegium. 8. l. si in Asia. 12. §. f. l. si plures. 14. pr. l. si is. 16. l. licet. 17. l. si duo. 22. l. actione. 23. l. Lucius Titius. 24. l. Die sponsaliorum. 25. l. publica Mevia. 26. pr. l. bona fides. 31. l. quod Nerua. 32.

Ex Codice. l. si incurfu. 1. l. si depositi. 3. l. si deposita. 4. l. si penes. 6. l. desiderium. 7. l. qui depositum. 10. l. si quis. 11. l. ult.



Lib. XVII. Tit. I. (IV. 35.)

Mandati vel contra.

1. SEquuntur nunc contractus *consensuales*, quorum primus hic occurrit MANDATVM, quod est *contractus consensualis de negotio alterius honesto gratis, & ad mandantis præsriptum, gerendo.* Diuisiones mandati eadem sunt, quæ supra *tit. de procurat. tractæ.*

2. Supponitur itaque in mandato legitime expediendo, (1) *mutuus consensus*, l. 1. pr. b. prohibentis sane negotium non geritur, l. 40. b. Sufficit tamen ex factis de consensu constare, l. 6. §. 2. l. 18. ff. l. 6. C. b. Quin & *ratihabitio* aliquando mandatum inducit, si superueniat negotio non penitus absoluto, Bachou *ad Trcut.*

Trut. Vol. 1. disp. 10. th. 6. tit. D. Hoc re-
 ctm distinguit mandatum a negotiorum
 one & actione quod iussu.

3. (II) *Vt consensus determinetur ad negotium ali-*
quod gerendum, l. 6. §. 1. b. in quo differt ab
peditione simplici nunciis, qui non gerit, sed vo-
luntatis alterius tantum interpres est, vid.
Lauterb. disp. denunciatio. Dn. Hert. disp. de
mand. & mandat. contempl. tert. §. ult.

4. Consistit vero illud negotium aliquan-
 do in simplici facto, vt in mandato de fugi-
 bendo, item de credendo alteri pecuniam pe-
 riculo mandantis, tunc *mandator* dicitur &
 intercessoris vice fungitur *Rubr. ff. de fideiuss. &*
mandator. Dn. Schilt. Ex. 28. §. 81. Dn. Stryk.
de periculo petent. c. 1. conf. l. 12. §. 12. seqq. ff. l. 24.
C. b. Dn. Hert. c. 1. §. 8.

5. Et quidem (III) *principaliter.* Hinc ad ne-
 gotii initium spectandum & intencionem con-
 trahentium *l. 8. pr. b. l. 10. §. 4. b.* Vnde & hoc
 animo geri debet *l. 10. §. 7. l. 12. §. 2. b.* vt & al-
 teri committi. Vtile itaque est, hic respicere
 ad præfationes contractuum. Dn. Io. Sam.
 Stryk. *de iure præfat.*

6. (IV) *Negotium honestam.* Mandatum e-
 nim contra bonos mores, & turpe, non est obli-
 gatorium, §. 3. *I. mand. l. 6. §. 3. b. l. 23. §. 6. b.*
 ex ipso delicto tamen & mandantis & manda-
 tarii, obligatio est ad pœnam, *Carpr. 2. R. 20.*
 imo vterque læso obligatur, Dn. Hopp. *ad §.*
5. l. b. Dn. Hertius c. 1. §. 18. licet mandatarius
 fines

fiens mandati extiterit. Sic mandans de vulnerando tenetur de occid. An. Hert. c. l. §. 12.

7. (V) *Negotium committit* mandantis quamvis & aliorum ita, etiam ipsius, mandatarii interesse respicere possit §. 1. seqq. I. b. l. 27. §. 2. 4. l. 16. h. mandans tamen semper interesse versari debet, saltem quod res geratur eius periculo l. 2. §. 4. b.

8. Inde fluit [1] quod & mandans & mandatarius ei obligetur, quorum negotium gestum, & quamvis de iure Romano mandanti per mandatarium nec obligatio nec actio quasita fuerit *absque cessione*, exceptis quibusdam casibus, de quibus Dn. Hert. c. l. §. 3. seqq. tamen moribus res ad simplicitatem iuris Gentium redacta Men. 2. D. 95. Dn. Hert. c. l. §. 5.

9. Porro [2] inde apparet, *nudum consilium*, non esse mandatum, cum mandantis non interfit, ut illud in effectum deducatur l. 2. in f. b.

10. Requiritur tamen, ut [a] in consulente dolus absit, alias *de dolo* tenetur c. 62. d. R. I. in 6. l. 47. ff. eod. [β] non accedant instigationes crebriores, & alter ad ipsius preces hoc fecerit §. 2. I. b. l. 6. §. 5. b. l. 32. b. Dn. Stryk. d. C. Contr. S. 2. c. 11. §. 17. seqq. [γ] non procedat ab eo, qui peritiam artis profitetur, & tamen imperitum sit. Dn. Hoppe in *Comm. ad.* §. 2. I. b.

11. Denique nec [3] *commendatitia litera* obligant. l. 12. §. 12. b. l. ult. C. quod cum eo qui in al. modo sint *generales*, secus si *speciales*, veluti si ad
dita

dita clausula : *periculo meo* Dn. Stryk. *de p. petent. c. 1. n. 51. seqq.* quod etiam dicendum in commendatione ad certum officium. Id. *c. 1. n. 56.* quo etiam refero *mentorum commendationes*, quæ communiter fiunt ad fidem nouo mentori conciliandam.

12. (VI) *Negotium gratuitum* trahit enim originem ex amicitia *l. 1. b.* alioquin si non sit gratuitum in alium contractum negotium cadit *l. 4. ff. b. §. 13. l. b.*

13. Honorarium autem accedere potest. *l. 1. pr. b.* quod ex eo cognoscitur si vel proportionem nullam habeat ad operam præstitam, vel indeterminate remuneratio promissa. Hoc casu tamen nil eo nomine peti potest *l. 56. pen. b. l. 17. C. eod.* bene tamen illo, vi pacti adiecti *l. 6. pr. b.* Dh. Stryk. *de Caut. Contr. c. 1. §. 21.* Franzk. *b. n. 36.*

14. (VII) *Ut susceptum impleatur* *l. 22. §. 11.* nisi tempestiue & absque fraude *renunciatio facta* sit fuerit.

15. Debet autem impleri (I) *intra fines præscriptos* *l. 5. pr. b.* fines enim excedens nullum præiudicium domino facit *l. 10. C. de procurat. l. 27. ff. eod. Meu. 6. d. 24. & 26.* adeo ut ratione excessus ne quidem locus sit actioni negotiorum gestorum, *l. 31. §. 4. de negot. gest.* Quatenus tamen negotium mandato conforme gestum, eatenus obligatur mandans *l. 3. in fin. l. 4. b.*

16. Ceterum hoc tunc obtinet, vbi [a] certa

precise forma mandato prescripta est, quoties vero fidei mandatarii simpliciter commissum, secundum arbitrium bonæ fidei est implendum, l. 35. l. 46. l. 60. §. 4. b.

17. [β] Vbi agit *contra fines aperte ipsi præscriptos*, secus si agat *contra voluntatem*, sibi soli significatam. Dn. Hert. *cit. l. §. 11.*

18. [γ] Vbi *in re licita versatur* Id. §. 12. & [δ] Vbi *equipollens ad eundem finem non ita commodè tendit*, alias admittitur, *l. ult. §. ult. b.* hic tamen regulæ prudentiæ omnino adhibendæ vid. Gellius *N. A. lib. 1. cap. 13. disp. nostr. in ang. de Iur. Epistalm. c. 3. n. 164. seqq.*

19. Porro implendum est (2) *diligenter omni* videlicet adhibita diligentia. Ordinarie itaque culpa leuissima præstanda, *l. 21. C. mand.* Cicero *orat. pro S. Roscio Amer. pag. m. 42.* Hahn. *ad W. b. n. 10.* Supponendi tamen casus habiles, in quibus diligentia requiritur, & negligentia circa ipsum negotium mandatum est commissa, *l. 8. §. ult. b.*

20. Denique *bona fide est implendum*, *l. 10. pr. l. 8. §. 7. & 8. b.* licet apices iuris attendere non debeat, *l. 29. §. 4. b.* Hinc & restituere tenetur, quod occasione mandati lucratus est, *l. 10. §. 9. l. 20. pr. b.* vnde & mandatarius seruandus indemnus, *l. 12. §. 9. b.*

21. Oritur ex hoc contractu actio *directa & contraria*: Illa datur mandanti aduersus mandatarium ad id præstandum, quod ex mandati natura præstare debet, h. e. vt rite exequatur

tur mandatum, & restituat, quod occurrat
mandati ad ipsum peruenit *l. 10. §. 9.* & ratio
suo rationem reddat. Contra plures de
solidum, vt tamen vtantur beneficio orationis
& diuisionis Dn. Engelbr. *ad ff. h. §. 11.*

22. *Contraria* competit mandatario ad
mandantem ad indemnitatem h. e. [X] *et*
emendas impensas bona fide factas l. 10. §. 12. *et*
§. 4. et si negotio finem imponere mandatus
non potuerit l. 56. §. ult. vel dominus minor
pendia fecisset l. 27. §. 4. h.

23. Vt *ulterius* [2] *ad damna occasione mandati*
peffa restituenda. l. 15. b. modo concurrat
mandantis l. 26. §. 9. h. l. 61. §. 5. de furi. Quod
vero casu fortuito damnatum accidit manda-
tario, eo nomine non agit *l. 26. §. 6. b. nisi in*
tium expediendum sit per talia loca, que
satis periculosa Hahn. ad W. b. n. 10. in §. 1. vel
procurator negotium ex necessitate expedire
debit.

24. Tandem [3] *vt liberetur mandatarius obli-*
gationibus mandati nomine contractis l. 45. §. 5. b. Prin-
cipaliter enim obligatur mandatarius. Dn.
Hert. *c. l. §. 19.* vt tamen non de suis, sed de eius,
cuius nomine contrahit, bonis solutionem pro-
mittere videatur, adeoque finita adm-
tratione conueniri nequeat, Dn. Hert. *c. l. §. 20.*
nisi fidem propriam interposuit vel proprio
nomine contraxit, & de his casibus requisi-
tum intelligendum.

25. Vtraque actio hoc commune habet,
quod

quod infamet, l. 6. §. 5. ff. de his qui not. infam.
quod quoad contrariam valde paradoxum.
Rationem suppeditat. Cic. alleg. l.

36. Dissolvitur mandatū (i) *reuocatione*
mandantis, vt tamen mandatarius indemnis
seruetur §. 9. I. b. l. 12. §. pen. b. quemadmodum
excusatur, qui reuocationem ignorauit.
l. 15. b.

27. (II) *Renunciacione*, modo fiat *tempestiue*
& absque fraude l. 22. §. ult. b. alias tenetur ad
interesse l. 27. §. 2. b. quatenus commode po-
tuit renunciare, & nullo impeditus fuit casu l.
23. seqq. b. c. l. 27.

28. (III) *Morte mandantis*, modo [α] *eam sciue-
rit* mandatarius, alias excusatur, l. 26. pr. b. [β] *in
heredes mandatum non sit directum* R. I. de A. 1654.
§. 99. [γ] *Negotium non sit tale, vt demum
post mortem mandantis adimpleri debeat* l. 12. §. 17.
l. 13. l. 18. §. 2. de donat. m. c. vel [δ] *alias fauora-
bile* l. 9. §. 1. de I. dot. Dn. Engelbr. b. §. 13. actio
tamen mandati morte non tollitur l. 58. pr. b.

29. (IV) *Morte mandatarii* l. 27. §. 3. l. 57. b. vt
tamen inchoata a defuncto heredes perficere
debeant arg. l. 5. §. 6. de admin. tus. l. 13. C. de
prob.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. 2. §. f l. 4. l. diligenter, §. l. si remunerandi. 6. pr. §. 3. 5.
l. salarium. 7. l. 8. §. 5. 8. l. 10. pr. §. 7. 10. l. si vero. 12. §. 11.
12. 17. l. qui patitur. 18. l. si mandauero. 22. §. 5. 11. l. inter
causas. 26. §. 2. 6. l. si quis alicui. 27. §. 2. l. 28 l. si fide-
iussor. 29. pr. §. 2. 4. l. si negotia mea. 31. l. 33. l. Lucius. 38.

§. 1. l. 41. l. si mandatu meo. 45. §. 5. l. si quis.

§. 3. 4. l. 60 §. 2.

Ex Codice. l. etiam. 4. l. si maritus. 5. l. si pro ea. 10. l. rator. 11. l. cum mandati. 12. l. 13. l. salarium. 17. l. mandata. 21. l. per diuerfas. 22. l. ab Anastasio.

Tit. II. (IV. 37.)

Pro socio.

I. **SOCIETAS** est *contractus consensualis in rebus aut operis honestis communicandis quoslibet aut lucri gratia.*

2. Species societatis sunt variae: (1) *Fructus communis absolute, quae uniuersorum bonorum quoslibet quocumque acquisite communem inducit.* §. 1. l. 73. b.

3. In hac occurrunt sequentia singula: [a] continuo omnia communicantur ab altero traditione l. 1. in f. l. 2. b. exceptis nominibus l. 3. b. [β] omnia quae quomodocumque cogitantur, vtrinque imputantur, l. 73. b. [γ] omnia acquisita honeste, conferenda l. 3. §. 6. b. l. 52. §. 17. seqq. [δ] neuter neutri tenetur ad rationes reddendas.

4. Deinde (2) *secundum quid uniuersalis, quae est uniuersorum, quae ex quaestu veniunt, l. 7. b. seu titulo oneroso, quae in dubio praesumitur praepriori Franzk. b. n. 27. quo etiam alia species pertinet, quando certae uniuersitatis adest communitio l. 3. §. 2. l. 52. §. 6. b. Id. cit. l. n. 27. sq.*

5. Denique (3) *specialis seu certae alicuius negotia-*

gotiationis. l. 5. §. 1. b. & quidem rursus vel quoad *partem* l. 58. pr. b. vel quoad *lucrum* tantum l. 52. §. 2. b. Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 14.* Ratio differentię consistit in periculo, quod priori casu est commune, non posteriori.

6. In omni societate præsupponitur (I) *precedens tractatus seu consensus* l. 32. b. Communio sola rerum, in quam incidimus, non sufficit. c. l. quamvis ex post facto societas fieri possit, l. 52. §. 6. b.

7. Aliquando tacitus sufficit, l. 4. b. quamvis difficulter hoc applicari possit ad societatem omnium bonorum absolutam. Bachou. *ad Treutl. V. 1. D. 27. th. 8. lit. f.* vid. tamen Dn. Hert. *disp. de societ. facto constit. S. 1. §. 3. seqq.* Interdum etiam facto tacite instauratur. Id. c. l. *sect. 2.*

8. (II) Consensus est dirigendus *ad res communicandas*, quod intelligendum secundum diuersas species societatum. Communicantur autem res quæcunque, modo *honeste* sint. Rerum inhonestarum nulla est societas l. 53. l. 57. b. Huc etiam pertinent operæ pecuniæ æstimabiles, §. 2. I. l. 52. §. 2. b. vt adeoque etiam is, qui nulla bona habet, societatem inire cum diuite possit. l. 5. §. 1. b.

Communicantur itaque vel *ad usum*, vel *ad proprietatem*, quod diiudicandum ex eo, quod actum inter partes l. 34. d. R. I. Alias posterius præsumendum. Dn. Schilt. *Ex. 29. th.*

4. si de priori constet, cuique fors collata salua manet, & lucrum tantum commune fit.

10. (III) *Vt communicatio fiat ob lucrum commune.* Hinc [α] sola communio rei etiam ex consensu suscepta non sufficit *l. 31. l. 33. b.* nec [β] donationis causa inita *l. 5. §. 2. b.* nisi pro parte *l. 38. de contrab. Emt. V.*

11. Ita vero plane [γ] iniri nequit, ut vnus omne lucrum & alter omne damnum haberet, quæ *Leonina* dicitur *l. 29. §. 2. b.* vid. *Huber. ad I. b. §. 2. b.* quamuis talis vix dari possit in rerum natura.

12. In communicando itaque lucro tota ratio societatis consistit, vbi ad duo respiciendum: (I) *ut ratio habeatur eius, quod collatum est,* qui enim plus minusue contulit, proportionabiliter quoque participat de lucro, *l. 29. pr. l. 80. b.*

13. (II) *Vt par sit lucri & commodi ratio,* nisi aliud inter partes placuerit. Qualis conuentio subsistit, modo *ex iusta causa* alteri melior conditio assignata fuerit, veluti quod plus operæ, periculi &c. contulerit *l. 6. b.* *Franzk. b. t. n. 57. seqq.*

14. Quando autem partes inæqualiter sunt constitutæ, tunc distributio lucri non fit in singulis negotiationibus, sed finita demum æquitate *l. 30. b.* nisi positi certi termini sint, quibus computationem lucrorum & damnorum inire velint, quod vocant *die balance* *siehen l. Dn. Thomas. ad Huber. Prel. ad I. b. §. 4.*

15. Inde oritur actio *profocio* vtrinque directa, qua socius aduersus socium agit ad id prestandum, quod alterum alteri ex natura iura societatis prestare oportet. Non itaque primario ad dissoluendam societatem *l. 1. ff. comm. diuid.*

16. Obligatur autem socius (1) ad diligentem administrationem, modo talem diligentiam adhibuerit, qualem suis adhibere solet, *l. 72. b.* Hinc inventario opus est, Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 16.* nec compensatur negligentia socii cum eius industria *l. 23. l. 25. seqq. b.*

17. Deinde (2) ad rationes reddendas, (si societatem omnium bonorum exceperis) vel aliquando tantum ad edendas *l. 89. §. 2. de V. S.*

18. Porro (3) ad expensas refundendas, vel in commune ferendas, modo in societatem factæ *l. 52. §. 15. l. 38. §. 1. b.* etiam cum vfuris *l. 67. §. 2. b.* nec pacto aliter conuentum, quo pertinet *l. 69. b.* Dn. Schilt. *Ex. 29. §. 18. seqq.*

19. Vltorius (4) ad damni perpeffi restitutionem quoad partem, modo (α) culpa socii leui hoc non contigerit, & (β) res iam communis sit *l. 58. §. 1. b.*

20. Si tamen alter tantum pecuniam, alter solum operas contulerit, perit solum pecunia socio conferenti Struu. *Ex. 32. §. 34.* si damni culpa socii datum, agitur etiam actione ex *L. aquil. l. 47. §. 1. b.*

21. Sic & (5) ad lucrum communicandum, prout supra dictum, quo etiam pertinet, quod

obligationes societatis nomine initas communicare teneatur *l. 74. b.*

22. Neque enim indistincte socius ex contractu alterius focii acquirit aut obligatur, sed his demum sub circumstantiis: (α) si nomine societatis, & secundum normam præscriptam contraxerit, (β) si in communem arcam pecuniæ versæ sint. *l. 82. b.* Alias si socius proprio nomine contraxit, reliquis ius agendi contra tertium non nascitur *l. 13. C. si certum petat. conf. Lauterb. b. inf. Dn. Stryk. de cont. contr. S. 2. c. 10. §. 10. seqq. Dn. Schilt. Ex. 29. ab. 8. seqq.*

23. Ad hæc præstationes personales competit *actio prædicta pro socio*, quæ etiam manente societate institui potest *l. 65. §. 6. b.* vt plurimum finita, Franzk. *b. n. 96. seqq.* qui in ea, ob dolum condemnatur, infamis fit *l. 6. de his qui not. inf.*

24. Gaudent vero focii & vniuersales & particulares beneficio competentix *l. 63. pr. §. 1. seqq.* nam verba *l. 16. de re iud.* non sunt genuina, ergo nec legalia.

25. Soluitur societas (1) *Renunciatiõne expressa vel tacita l. 64. b.* etiam vnus *l. 4. §. 1. b. l. 63. §. 10. b.* non valente pacto in contrarium *l. 70. b.* vt tamen [1] fiat *bona fide*: alias a se quidem liberat socios suos, se autem ab illis non liberat. *l. 65. §. 3. b.*

26. [2] *Tempestiuo*, alias ad interesse agitur, si eo tempore renunciatur, quo interfuit focii eã
non

non dirimi *l. 65. §. 5. b.* modo iusta non adfit causa *l. 14. inf. l. seqq. b.*

27. [3] *Presenti.* Sin absenti facta, tunc quod absens acquisiuit, ad solum eum pertinet, renunciens autem lucrum in commune redigere debet, vt & solus damnum ferre *l. 17. §. 1. b.*

28. (II) *Morte naturali & Ciuili l. 63. §. 10. b. l. 52. §. 9. b.* quamuis pactum valeat, vt inter reliquos noua fit societas *l. 65. §. 9. b.* Dn. Stryk. *c. l. §. 8.* non tamen vt heredes obligentur ad societatem continuandam *l. 49. b.* Dn. Schilt. *c. l. §. 14. seqq.*

29. Actio tamen pro socio in heredem dirigitur *l. 63. §. 8. b.* sicuti etiam quod a socio ignorante mortem socii gestum est, subsistit *l. 65. §. 10. b.* Exceptio quoque est in societate vectigalium *l. 59. pr. b.* & quæ inchoata sunt a defuncto, perficienda sunt ab herede *l. 40. b.*

30. (III) *Amisssione rerum l. 63. §. 10. b. l. 65. §. 1. b.* nisi tantum operam contulerit in societatem.


31. (IV) *Finito negotio l. 65. §. 10. b.* & (V) *tempore praterlapso c. l. §. 6. h.* finita ita societate aliquando adhuc cautio præstanda *l. 27. in f. b.*

TEXT. NOTAB.

1. l. societatem. 4. l. societates. 5. §. 1. l. eori. 7. l. si conuenerit. 14. l. sed & socius. 17. §. 1. 2. l. qui admittitur. 19. seqq. l. Non ob eam. 25. seqq. l. si non fuerint. 29. §. f. l.

Mutius. 30. l. vt fit 31. l. nemo potest. 35. l. heres socii. 40. l. merito 51. pr. l. cum duobus. 52. §. 2. 4. 9. 18. l. nec præmittendum. 57. l. 58. §. 1. l. adeo morte. 59. l. verum est. 63. pr. §. 5. 6. 8. l. actione. 65. §. 6. 9. l. Nemo. 68. l. cum societas. 69. l. Nulla 70. l. si societatem. 73. l. societatem mecum. 76. seqq. l. iure societatis. 82.

Ex Codice. l. societatem. 1. l. cum in societatis. 3. l. tandem 5. l. sancimus. vlt.



Lib. XVIII. Tit. I. (IV. 38. 40.)

De contrahenda Emtione, & de pactis inter emtorem & venditorem composi- tis, & quæ res venire non possunt.

1. **E**MTIO VENDITIO est *contractus consensualis de re certa pro certo pretio tradenda.*

2. Estque vel *in scriptis* vel *sine scriptis*. Prior species tunc demum contracta censetur, quoties inter partes hoc expresse placuerit, vt non antea, quam scriptura interueniente, obligentur l. 17. C. de fid. instrum. Dn. Stryk. de C. Contr. §. 2. c. 8. §. 2. seqq. & in append. adiict.

3. Obligatio itaque tunc demum nascitur, si scriptura fuit omnibus partibus absoluta (a)
in

in mundum redacta (6) subscripta & (7) partibus legitime prelecta. *Ord. Max. Notariorum de Anno 1512. §. 16. 17.*

4. Alia quoque est *privata*, alia *publica*, quæ *subbatio* solet dici, quæ olim certis constabat solennibus. Cornel, van Eck *princ. Iur. b. n. 65. seqq.* Hodie variant secundum locorum consuetudines & statuta. Schilt. *Ex. 46. §. 38. seqq.* Io. Philippi *de subbatio.* Martini *in Proc. Sax. tit. 39. §. 10. seqq.* Huc etiam referri possent *auktiones publica.*

5. Requiritur vero in genere (1) **CONSENSVS** contrahentium. Aliquando de moribus etiam consensus agnatorum, vel aliorum, qui ius retractus exercere possunt. Hinc concludo [α] *neminem cogi inuitum ad emendum vel vendendum l. 11. l. 14. C. b. l. 9. C. de Iud. l. 16. C. de Iure delib. excepta utilitate vel necessitate publica.* Dn. Thomaf. *disp. de pret. affect. in res fung. non rad. c. 2. §. 5.*

6. [β] *Arrham non requiri ad obligationis efficaciam:* accedit tamen aliquando utiliter, vel confirmandi contractus gratia, vel *in signum saltem reseruata licentie pœnitendi pr. l. b. in f.* Dn. Thom. *de Arrb. Emtion. §. 34. seqq.*

7. [γ] *Errorem ut plurimum emtionem vitare.* Distingunt tamen Dd. varie. Cornel. van Eck. *b. 13. seqq.* sed absque sufficienti ratione. *vid. tit. de pact.*

8. [δ] *Ob suspicionem coacti consensus* quidam propterea sunt remoti ab hoc contractu velu-

ti, qui aliquam habent potestatem *l. 46. b. l. 46. §. 2. de iure fisci* nisi specialiter hoc impetrauerint &c. vid. *tit. de pact.*

9. (II) *Personarum habilitas.* Aliquando enim iuste lex certis personis ob salutem publ. interdicat emtionem negotiatoriam, eaque variis modis restringit. Huc pertinet, ne hostibus talia vendantur, quæ ad instruendam militiam spectant, *l. 4. §. ult. C. de Garniti.* quæ vulgo vocantur *contrabanden.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 1.*

10. In Ciuitatum municipalium incrementum nobilibus ius braxandi & cereuisiam vendendi non concedi solet, cum & iis olim mercatura interdicta erat *l. 3. C. b.* Sic & ciuitatibus quibusdam in locis non competit ius vendendi bona ciuitatum absque principis consensu &c.

11. (III) *MERX.* vbi requiritur (1) vt *existat in rerum natura vel existere possit l. 8. pr. b.* vid. *tit. de pact.* Hinc si res vendita tempore contractus iam periit, nulla est emtio *l. 57. §. f. b.* conf. *l. 44. b.* si autem pars dimidia vel maior adhuc supersit, subsistit, deminuto pretio *l. 57. pr.* aliquando etiam præstito interesse, si venditor hoc sciuit. *c. l. §. 1.*

12. (2) *Certa & determinata.* Admittitur tamen etiam emtio spei *l. 8. §. 1. b.* In rebus fungibilibus itaque determinatur merx per pondus numerum & mensuram, & determinata quantitas præcise debetur, modo *restrictiue* vel
modi-

modificatiue quantitas adiecta, secus si saltem *demonstratiue*, cum ibi principaliter habeatur respectus ad corpus. Dn. Stryk. *de caus. contr.* S. 2. c. 8. §. 30. *seqq.*

13. Si vero *ad corpus* vel *per auersionem* eiusmodi res vendantur, omne, quicquid tempore contractus ad fuit, debetur. Multum vero respectu periculi & præstationum hoc in casu interest, quomodo venditio facta fuerit Brunnemann. *ad l. f. ff. de peric. & commod. rei vend. n. 6. seqq.*

14. Re certa vendita, *pertinentia* quoque censentur esse venditæ. *l. 69. b.* Dn. Engelbr. *ad ff. b. §. 3.* Determinantur pertinentiæ *ex actuali destinatione ad rem venditam*, vt perpetuo ei cohæreant.

15.. Colligitur hæc destinatio (α) *ex firmatæ cobæfione* *l. 17. §. 3. l. 18. pr. l. 38. §. 2. de Act. E. V.* (β) *ex ordinaria destinatione.* Veluti domo braxatoria vendita, instrumenta quoque braxandi vendita sunt (γ) *ex consuetudine vel lege* (δ) *ex longo usu.* In dubio emtor hoc vel illud ad pertinentias spectare, docere debet. *Meu. 7. D. 373. seqq.* Dn. Stryk. *c. l. §. 20.*

16 (3) *Vt sit in commercio vel alias vendi non prohibita*, alias emtio est nulla, *l. 22. b.* nisi tantum talis res accesserit principali rei venditæ *l. 24. b.* Habet quoque emtor ignorans actionem ad interesse aduersus venditorem, quod ab eo deceptus fit *l. 62. §. 1. b.*

17. Ex peculiari ratione publicæ vendi nequeunt promiscue, libri in publicæ lectionis *l. 8. §. 5. C. de Heret. famosi libelli litigiosa l. 2. de litig. venena, l. 35. §. 2. de furtiua Franzk. b. n. 145. seqq.* aliquando mentum extra prouinciam, lana, officia publica &c.

18. Potest tamen res vendenda, etiam si in familia in commercio sit, variis modis vel a testamento vel pacto circumscribi, ne promiscue vendatur. Plus tamen operatur prohibitio legis & testamenti, quam pactitia.

19. (IV) PRETIUM, *l. 36. l. 72. b. de cuius origine vid. l. 1. b. conf. Dn. Thom. iurisp. diu. l. 2. §. 7. & disp. de pret. affect. c. 1. §. 7.* Hinc donationis causa quidem pretium minui, in vniuersum autem ab initio donari nequit, vt maneat emptio venditio *l. 36. l. 38. h. bene tamen ex facto, saluo contractu.*

20. Debet autem pretium esse [1] pecuniæ numerata, saltem quoad principalem partem, licet alia res per modum accessorii simul detur *l. 6. §. 1. de Act. E. V.* In dubio emptio venditio præsumitur, tanquam frequentior permutacione. Huber. *b. §. 6.* Schilt. *Ex. 30. §. 20.*

21. Interesse controuersæ est [α] in iure, protimiseos [β] in alienatione fundi Emphyteutici [γ] quod res aliena vendi sed non permutari possit &c. Sufficit tamen ab initio pretium fuisse constitutum, licet alia res affi-

mata

mata post volenti venditori in solutum detur.
Schilt. c. l. §. 16. seqq.

22. *Iustum* h. e. proportionem cum re vendenda habens l. 1. b. Est autem pretium vel *commune* vel *legitimum*, illud determinatum iam est a lege l. 1. C. *comm. seru. manum.* l. 3. C. *commun. de legat.* & huic præcise standum.

23. *Commune* dependet ex hominum comuni determinatione, l. 63. ad L. *Falcid.* quæ tamen ad punctum haberi nequit l. 16. §. 4. de *Minor.* vt adeoque aliqua læsio tolerari debuerit, modo non vltra dimidium quis læsus fit l. 2. C. *de resc. vendit.* conf. Franzk. b. n. 225. sq.

24. Communiter autem æstimatur res ex *caritate* Dn. Thom. c. l. quamuis & aliæ circumstantiæ loci, temporis, &c. non negligendæ c. l. 63. §. 2. l. 3. de *eo quod cert. loc.*

25. (3) *Verum.* Non sufficit dicis gratia interueniens l. 54. d. O. & A. Aliquando tamen ex æquitate admittitur, si alio modo res non possit sortiri effectum l. 66. d. I. dot. Franzk. c. l. n. 222. seqq.

26. (4) *Certum.* Et quidem vel *conuentione* partium mutua, vel per *relationem* ad quantitatem aliunde iam *determinatam*, l. 7. §. 1. 2. l. 37. b. de qua si non constet, nulla est emtio c. l. 37. vel arbitrio aliorum *determinandam.*

27. Hic vero requiritur [a] vt *persona certa* eo nomine *denominetur* l. f. C. b. quanquam moribus talem contractum admitti cum Struu. Ex. 23. §. 18. facile crediderim, vbi conuentum, vt

vter-

utrumque postea aliquem arbitrum
 [§] & quidem non concurrens ad
 In arbitrium enim contrahentium
 pretium nequit *l. 7. pr. l. 35. §. 1. 2.*
 in auctionibus publicis facilius ad

28. Arbitro designato cessante
 do, deficit venditio. *l. f. C. b. eo v. g.*
 te, valet, salva reductione ad arbitrium
 viri, si nimia inæqualitas deprehendatur
pro soc. Franzk. b. n. 262.

29. Solent ut plurimum varia
 emtionibus, de quibus *alterni* per
 quæ, quomodo eis adiciantur de
 fusius expendit Franzk. *b. §. 318.* ad
 mores hodiernos minus congrua
 possunt. In genere ita debent esse
 ta, *ne monopolium sapiant.* Dn. Engel
 §. 9. *in f.*

30. Pertinet huc pactum de usu
 pretii tardius soluti *l. 5. 6. C. de pact. int. E. & V.*
 V. item ut liceat mittere agrimen
 certum tempus, rei dimetiendæ
pr. b. Huber. b. §. 9. & c.

31. Eminentiora pacta sunt hæc
 RESERVATI DOMINII, donec pretium
 lutum, ubi periculum rei venditæ ad
 rem spectare volunt, Dn. Schilt. *Ex. l. 1. §. 17.*
seq. Dn. Thomaf. ad Huber. b. in f. cons. in
 Dn. Stryk. *c. l. §. 25.*

32. (II) PACTVM DE RETROVENDENDI
 C. de pact. int. E. & V. quo cauetur, ut
 si in

ri intra certum tempus vel quodocunque idem offerentis pretium res retrouendatur. Vtile vero est [α] vt hoc pactū concipiatur verbis resolutiuis [β] ad iiciatur clausula de re interim non alienanda vel oppignoranda Dn. Stryk. c. l. §. 55. seqq.

33. Tempus adiicitur vel vt terminus *a quo*, vel vt terminus *ad quem*: Si nullum adiectum, videndum, an *simpliciter* relutio permessa, & intra 30. annos redimenda; an vero sub clausula: *quotiescunque & quodocunque libuerit*, & tunc præscriptioni censetur renunciatum esse Id. c. l. §. 57.

34. Redempturus autem soluat [1] pretium ab initio constitutum, nisi aliter conuenierit [2] meliorationes, nisi pacto modus impensis præscriptus. Et tunc præcise res tradenda. Struu. *Iurispr. Rom. lib. 3. tit. 11. §. 18.*

35. (III) PACTVM PROTIMISEOS, quod *ius prætendendi præferentiam præ aliis extraneis emtoribus tribuit l. 75. b.* Differt a *Retinctu*, qui consistit in iure repetendi rem venditam etiam a tertio possessore. Sæpe tamen promiscue adhibentur Dn. Stryk. *de Success. ab I. diff. 6. c. 1. §. 3.*

36. Dependet hoc ius vel a *conuentione* partium, vel *lege*, vel *testamento*. Illud interest, [α] quod testamento vel lege constitutum præbeat facultatem rem a tertio reuocandi, non vero conuentione. [β] quod hoc sit cessibile, non vero ordinarie quod lege constitutum est. [γ] Occurrit etiam quædam differentia in præscriptione Id. c. l. c. 4. §. 48.

37. *Legale ius protimiseos in moribus obtinet contra ius Civile Pertinet huc [a] ex iure domini dicitur no Emphyteuseos competens l. f. C. [β] propter creditum l. 16. de reb. aut. ex iure congrui [δ] ex iure incolatus licet. habit. metroc. sua loc. [ε] iure societatis iure consanguinitatis. v. *Levit. XXV. II. IV. 3. Ier. XXXII. 7.* Potissima ratio hic consistit in modo succedendi plenissime Dn. Stryk *c. l. agit.**

38. Ceterum ubique requiritur (1) *pretium, de quo cum extraneo vere venditur actu & rite offerat, quamuis alicubi oportet tempus rei iudicatz, quanti tunc taxetur, vti in Ducatu Magdeb. per scriptum obtinuit, (2) vt intra legitimum terminale videlicet, exerceatur. Dn. Stryk. cit. §. 44. seqq.*

39. (IV) PACTVM CONSTITVTI, venditor iure conductionis se rem possidere velle cauet *l. 75. b.* quo ipse ius um per fictionem *brenis manus* transit ad rem cum omnibus effectibus.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. l. sed Celsus. 6. §. 1. in f. l. Hæc venditio. l. nec emtio. 8. l. in venditionibus. 9. §. f. l. vendidi 19. l. Labeo. 21. l. si ita 25. §. 1. l. si f. qui tabernas. 32. si in emtione. 34. §. 3. §. 1. quod §. 5. l. cum in venditionibus. 36 l. 38 l. ex Labeo scribit. 50. l. Nuda. 55. l. Domum emi. 57. l.

69. l. Imperatores, 71. l. pacta conuenta, 72. l. Clauibus, 74. l. fistulas, 78. in f. l. cum manu 80. in f. l. f. 5. f.

Ex Codice. l. si donationis, 3. l. si non donationis, 8. l. inuitum 11. l. in vendentis, 13. l. dudum, 14. l. super rebus, 15. *de Contrab. E. V.* l. Ne frumentum 4. *qua res ferire non poss.*

Tit. II. (IV. 54.)

De in diem additione.

I. (IV) PACTVM ADDITIONIS IN DIEM, *ubi cuius venditori permittitur intra certum tempus meliorem conditionem allatam accipere, & ab emtione recedere. l. 1. b.*

2. Requiritur (I) *ut in specie adiciatur, licet in fiscalibus venditionibus subintelligatur Nov. 120. c. 4. 6. 7. Dn. Schilt. Ex. 30. §. 50. seqq.* Adicitur autem vel sub conditione *resoluciu*a, ut interim emtio effectum habeat, sed resoluetur conditione existente: vel *suspensiu*a ut tam diu in suspenso sit donec de euentu conditionis constet *l. 2. b.* Ratio differentie est in aprico *l. c. in f. l. 3. l. 4. b.*

3. (II) *Ut melior adferatur conditio, quæ ex omni emolumento rationis pecuniariz æstimatur l. 4. §. f. l. 5. l. 15. §. 1. b. l. 14. §. f. b.* modo hoc fuerit absque fraude & simulatione *l. 4. §. 5. b.* Dn. Thomaf. *ad Huber. b. §. 3. l. 14. §. 1. b.*

4. (III) Et *quidem in tempore præfinitum l. 15. b.* Si nullum tempus præfinitum est, quod fieri posse patet ex *l. 41. pr. de R. V.* saltem intra

A 30. an.

30. annos conditio melior afferri debet.

5. (IV) *Ut venditor illam acceperit.* Pretium enim est ei, iure suo non vii. Si plures accipere omnes accipere debent, alias vnius conditio facit cessare effectum huius pacti. *f. l. 12. l. 13. pr. h. vid. tamen l. 9. h.*

6. (V) *Ut prior emtori denuncietur oblata conditio:* habet enim ius promissos. Quod si prior emtor illam acceperit, tamen tamen tenetur fructus interemptos restituere, nisi aliud actum sit. *f. l. 1. §. 1. h.*

7. Quod si prior meliorem conditionem spernat, reuertitur dominium ipso iure ad venditorem, ut rem vindicare possit. *f. l. 4. §. 1. h. modo talia verba adiecta, ex quibus conuenit voluisse contrahentes, ut ipso iure rescindatur contractus. Alias tantum competunt fructus ex contractu. l. 7. §. 5. ff. de pass.*

8. Restituendi quoque sunt omnes fructus. *f. l. 4. §. 1. h. aliquando tamen competunt cum impensis. l. 16. h. conf. Hahn, ad P.,*

TEXT. NOTAB.

L. quoties. 2. seq. l. vbi 4. pr. 3. 4. 6. l. quicquid. 1. l. necesse. 8. l. Sabinus. 9. l. imperitor. 16. l. vii.

Tit. III. (IV. 34.)

De lege Commissoria

1. (VI) **L**EX COMMISSORIA, quae est, ut pretio intra certum tempus non facto

res sit inemta. l. 1. b. pacto hoc non adiecto, tantum venditori competit actio ad vsuras & interesse l. 13. C. Act. E. V. l. 14. C. de contr. E. V.

2. Pacto hoc adiecto per traditionem, transfertur dominium, & utique interim fides habita est de pretio Huber *b. §. 2.* & sic exercet omnes dominii effectus sed conditione existente resolvitur, ut tamen penes venditorem sit, vel ut legem commissoriam exercere, an pretium actione E. V. exigere. *l. 3. l. 4. §. 2. l. 7. b.*

3. Si eam velit exercere requiritur (I) *Ut totum elapsum sit tempus presinitum.* Si nullum certum adiectum, interpellatione opus est, post modicum tempus. Struut. *Ex. 23. §. 38. in f.*

4. (II) *Ut pretium integrum non sit solutum.* Hiis etiam habet locum, licet vel pars pretii iam sit soluta, quam ne quidem repetere potest, bene tamen cum fructibus compensare *l. 4. §. 1. l. 5. b. quod quodammodo durum.*

5. (III) *Ut emtor nulla iusta causa excusetur* alias enim cessat lex Commissoria *l. f. b.*

6. (IV) *Venditor se mox declaret, utrum iure suo uti velit.* *l. 4. §. 2. b.* post declarationem variare non licet *l. 4. §. 2. l. 7. b.* moræ tamen purgatio ante declarationem vix videtur admittenda, quia statim est res inemta B. Dn. de Iehna *de leg. Commiss. th. 47.*

7. Conditione ita existente datur vel rei vindicatio, si verba adhibita id admittant *l. ult.*

*b. vel actio ex emto vendito l. 6. §. 1. de emto
l. 4. pr. b.*

TEXT. NOTAB.

*l. 1. l. nam legem. 3. l. si fundus. 4. pr. 5. 1. l. legem
de lege. 6. pr. l. post diem. pen. l. mulier. vi
Ex Codice. l. commissoria. 4. de pact. inter emto.*

Tit. IV.

De Hereditate vel actio
vendita.

1. **V**endi etiam potest *Hereditas*, & *actio* *venda*, modo consentiat is, de hereditate agitur, & in consensu perficitur *pact.* tum *delata*.

2. In venditione *delata* requiritur *actio* *reditas l. 7. b.* nisi tanquam spes venditur *l. 11. l. 13. b.* quanquam ad singularium in hereditate inuentarum euictionem obligetur venditor *l. 2. pr. b.* nihil enim præstat, quam se heredem esse. Quod si vero ad venditorem non spes æstimationem præstare: si nulla sit, nondumtaxat restituere tenetur *l. 8. b.* quæ pertinet, si morte non sit confirmata.

3. Cum itaque hereditas consistat in plexu iurium & rerum, quæ apud deum fuerunt, *uniuersitas* illa emtori restituenda modo, quo apud heredem futura fuisset *l. 1. pr. b.* vt tamen reuiuiscant iura per aditionem.

redis confusa *l. 2. §. 18. 19. b.* adeoque venditor non prohibetur petere debitum ab emtore *c. l.* Transit enim omne damnum & lucrum ad emtorem. *l. 2. §. 8. b.*

4. Præstat autem tantum ea, quæ *tanquam heres* venditor habuit, non quæ *alio iure* obtinuit post venditam hereditatem, veluti *ex substitutione pupillari l. 2. §. 2. b.* nec quod *iure accrescendi* post consecutus est, nisi tam latissime pateant verba contractus, ut omne ius comprehendi censeantur, vid. Dn. Stryk, *in not. ad Lauterbach. b.* Huber. *b. §. 5.* Bachou. *ad Treutl. b. 12. lit. a.* Hodie tamen id facilius admitti posse censet Dn. Schilt. *Ex. 30. §. 68.* quod hodie omne ius hereditarium in emtorem transeat.

5. Translata hereditate in alium, heres non definit esse heres *l. 88. de hered. instit.* neque enim titulo singulari, qualem emtor habet, heres constitui potest. Hinc de stricto iure actiones hereditarias a se dimouere nequit *l. 2. C. b.* & debita hereditaria soluere tenetur, ut tamen solutum repetere ab emtore possit, modo debitum verum soluerit, sicuti etiam exigere potest debita, restituenda tamen emtori *l. 2. §. 7. b.* Emtor enim in effectu vicem heredis obtinet. *l. 2. §. 18. b.*

6. Emtio talis tamen creditoribus non præiudicat, nisi quando fiscus hereditatem vendidit *l. 1. C. b.* Imo si venditor non sit solvendo, æquum est, ut tunc emtor in subsidium

a creditoribus conueniri possit l. 1. §. 18. in *Exerc. act.* Struu. *Ex. 23. tb. 75. in f.*

7. Venduntur etiam *actiones & nomina* inuito debitore l. 3. C. b. l. 1. C. de *Nouar.* vero requiritur (I) *ne vendantur iis, qui conditionem debitorum duriores facere possunt, ut sint potentiores* l. 2. C. *ne lic. potent.* Iudxi *Ord. Imp. Polit. de Anno 1577. tit. 20. §. 4.*

8. (II) *Ut verum subsit nomen veragum.* Frustra venduntur nomina, quæ per exceptionem perpetuam elidi possunt, aut quando nihil debetur l. 5. b. aut quando actio iam extincta est l. 76 de *solut.* l. 36. l. 39. de *fideiuss.* Et tamen *bonum* sit nomen, non requiritur l. 1. b. nisi nuda subsit *assignatio.* Huber. *tit. man. §. 5.* Dn. Coccei. de *assign.* §. 10. 24. *seqq.* *Idem* & si bonum nomen promissum, vel dolus vendentis subsit, aliud dicendum. Brunnem. *de act. c. 5. n. 4. seqq.*

9. (III) *Ut actiones sint cessibiles & ad heredes transmissibiles.* Quod enim in heredes non transit, id ordinarie est personalissimum, & non cedi nequit, Dn. Stryk. de *iur. & act. non cess.* c. 1. §. 7. quamuis nonnullæ actiones ex speciali ratione non sint cessibiles, v. c. *de off. iud. l. 2. & f. de litig.* Id. c. l. c. 6. §. 1. *actio in rem* arum, quia post L. C. est litigiosa, ante non est in bonis l. 28. de *iniur. is.* querela in officio. Id. §. ult.

10. (IV) *Ne sit contra Legem Anastasianam, ut pretium sit iustum.* Cauetur enim illa lege, ne

is, cui vendita est actio, plus possit exigere, quam ipse exsoluit pretii nomine *l. pen. & ult. C. mand.* De eius occasione vid. Muller. *ad Struu. Ex. 23. th. 80. lit. a.*

11. Requiritur vero vt lex Anastasiana locum habeat, (1) *venditio perfecta* Meu. *8. D. 443.* (2) *vilius pretium*, vid. Brunnem. *de cessione Act. c. 1. n. 67.* (3) *fraudulosa venditoris inductio* *l. 22. C. mandat.* Non vero præcise requiritur nomen incertum Brunnem. *c. 1. n. 52. seqq.*

12. Excipiuntur tamen in *c. l. 22.* aliquot casus, vbi secure licet vilius pretium capere: alioquin regulariter residuum est restituendum debitori, in cuius fauorem lex introducta, Brunnem. *c. 1. n. 86. seqq.* Schilt. *ex. 30. §. 84. seqq.* Finckelth. *Obs. 17.*

13. Venditæ actiones *cedi* debent emtori. Est autem *cessio translatio actionis in alterum, mediante mandato, quo cessionarius constituitur procurator in rem suam.* Neque enim vti res corporales, ita quoque actiones ita perfecte in alterum transferri possunt, vt plane a persona creditoris auellantur, hinc substituendum fuit medium, per quod vtilitas actionis cessæ in alterum transferri posset, scil. vt cessionarius procuratorio nomine ageret, quamuis D. Pius postea cessionario absque tali mandato proprio nomine concessit actiones vtilis *l. 16. de Pact. l. 7. §. C. h.*

14. Hinc fluit (a) cessionem ordinarie fieri ex libera voluntate, aliquando tamen est ne-

cessitatis. Huber. *ad tit. mand. §. 8.* Cornel. *van Eck. b. n. 23.*

15. (β) Manere cedentem dominum *in re* nis. *l. 3. C. de nouat.* adeoque ei solui potest a debitore ignorante cessionem *c. l.* & ipsa agere posse contra debitorem, nisi debitor iam certioratus sit a cessionario, vel aliunde cessionem sciuerit Brunnem. *de cess. act. c. 5. n. 22.* Si tamen cedens nomen exegerit, cessionario restituere debet. Dubito vero, an vsu fori post cessionem factam ius aliquod penes cedentem remaneat. v. Schilt. *ex. 30. §. 64.*

16. (γ) Exceptiones rei coherentes opponere cessionario, quæ opponi poterant cedenti. Brunnem. *c. 17. c. ult. n. 2.* non habita distinctione, vtrum quis vtili an directa agat *Id. n. 21. seqq.* personæ vero coherentes opponi nequeunt cessionario *l. 42. de admin. Tut.*

17. Probatur cessio instrumento, cui finis inferi debet *titulus.* Non enim sola possessione instrumenti paratam executionem habentis probata est Cessio. Brunnemann. *c. 4. n. 68. seqq.*

18. Affinis Cessioni est *assignatio*, quæ nihil aliud est quam mandatum, quo alii solutionem vel præstandam vel exigendam gratis committimus Dn. Coccei. *de assign. §. 9.* Nihil iuris itaque confert in ipsum debitum ei, cui assignatio facta, hinc assignans præferatur in solutione ei, cui assignatio facta. Idem. *§. 12.* Nec potest subire solutionis vicem. Id. *§. 14.*

TEXT.

TEXT. NOT.

L. 1. l. venditor. 2. pr. 5. 2. 4. 7. 9. 18. 19. l. finomen. 4. l. Em-
 tori. 6. l. quodsi. 8. seqq. l. nam hoc. 11. l. venditor. 23.
 Ex Cod. l. Nominis. 3. l. qui nondum. 4. l. certi. 9.

Tit. V. (IV. 44. 45.)

De rescindenda venditione & quando licet ab em- tione discedere.

1. **R**escinditur emtio venditio ob *enormem*
lesionem ex l. 2. C. b. Requiritur vero
 hic (I) emtio *rei certa*, seu eiusmodi, quæ cer-
 tam æstimationem recipit. Hinc in emtione
 spei non obtinet, nec in vniuersitate vendi-
 ta, Huber *b. 5. 5.* Extendunt itaque ex hoc
 requisito remedium *legis 2. cit.* ad omnes con-
 tractus mutuz præstationis, vbi eadem vide-
 tur esse ratio, quamuis hoc improbet, Huber.
b. 5. 3. seqq. conf. Struu. ex. 23. 5. 92. b.

2. (II) *Vt dolus verus alterutrius non interueni-*
rit, nam tunc si etiam infra dimidium læsio ad-
 fit, rescindi potest emtio ex capite doli, *l. 5. C. b.*
Brunnem. in parat. b. 9. 9.

3. (III) *Vt læsus ignoret, se læsi in venditione:*
 sciens enim verum pretium, & extra necessi-
 tatem constitutus nihilominus plus soluens,
 de se queri debet *arg. l. 35. de R. l.* Idem est

si venditionis gratia minus pretium con-
tuatur *l. 38. de contr. E. V.*

4. (IV) *Ut pretium publica auctoritate
determinatum.* Nam in hoc minima laesio
rit rescissionem. Vbiq; tamen videndum
cuius fauorem determinatio pretii sit facta
in emtoris, hic minus soluere potest *l. a. §. 1.
in Coll. h. §. 1. 7. 8.* Idem est, si detur
fit a testatore.

5. (V) *Ut laesus non acceperit dimidium eius
dedit.* Hinc emtor laesus dicitur, si non ac-
cepit dimidiam mercem ratione aestimatae
pro pretio, quod exsoluit Dn. Schilt. *ex 2. §. 1.
legg.* Inspicitur vero tempus contractus
C. h. & probanda est per testes vel oculam
inspectionem. Hahn. *ad W. b. num. 6. Mev.
D. 320.*

6. (VI) *Ut huic beneficio non sit renunciatum.*
Huic enim renunciari posse, in confesioe
Dn. Stryk. *de C. Contr. §. 2. c. 8. §. 29.*

7. Prodest hoc beneficium non tantum
venditori, sed etiam emtori, cum saepe in hoc
maior adsit ratio Hahn. *ad W. c. l. Schilt. c. 5.
93.* imo & heredi Mev. *2. D. 147.*

8. Datur aduersus laedentes intra 30. annos
alternatiue, vt vel laesio resarciatur, vel contra-
ctus rescindatur, & sic electio est penes Rem.
l. 2. C. b. non vero datur contra tertium penes
forem singularem. Mev. *5. D. 22.*

9. Aliquando autem simpliciter datur ad
laesionem resarciendam, si emtor laesus fit
& penes

penes eum res perierit, nam sufficit, venditorem adhuc nihilominus hærere in lucro: sicuti contra non datur, si venditor læsus sit, quia sic emtor, re peremta, lucrum nullum amplius habet. Struu. *c. l. §. 90.* Schilt. *c. l. §. 10.* Dn. Coccei. *de elect. rei conuent. ex enormi læs. §. 8.*

10. Porro resoluitur Emtio venditio *mutuo dissensu l. 58. de pact.* modo res adhuc fit integra. Quodsi enim ab *utraque parte* iam contractui satisfactum, noua fit emtio venditio. *c. l. 58.*

11. Interesse quæstionis est, quod posteriori casu omnia sint de nouo præstanda, quæ lege vel consuetudine requiruntur v. c. Laudemium, Gabella, &c. Imo priori casu creditor consentiens in pignoris alienationem, non amittit pignus *l. 10. quibus mod. pign. vel hyp. solu.* bene tamen posteriori. *l. 7. §. 11. eod.*

TEXT. NOTAB.

L. si quam. 2. l. cum emtor. 5. l. si id quod pure. 7. pr. l. fundus. 9

Ex Codice. 1. rem maioris. 2. l. de contractu. 3. l. ad rescindendam. 4. l. non est probabilis. 6. l. raras. 7. l. si voluntate. 8. l. pretii causa. 9. l. ea conditione. 14. *de rescind. sendis.* 1. Re quidem integra: 1. *quando sic, ab emt. disced.*

De periculo & commo-
rei venditæ.

1. **P**erfecta emtione, licet traditio nondum accesserit, statim periculum transit ad ipsum emtorem, cum etiam ad eum omni spectet commodum *l. 7. b. l. 10. de R. l. Franz. b. n. 11.* etiamsi emtor non sit in mora accipendi rem emtam.

2. Requiritur tamen (a) vt culpa venditoris non perierit §. 31. *de Emt. V.* & (β) venditor in mora tradendi non fuerit *l. f. C. b. n.* (γ) res perierit ex vitio præcedente *l. ult. C.* Alias periculum est penes venditorem, si aliquid ex requisitis adhuc desit.

3. Toties vero adest emtio venditio quæ hunc effectum perfecta, quoties adest (1) consensus præsens & purus, (2) de re certa & iam determinata, (3) pro certo & iam determinato pretio *l. 8. pr. b.*

4. Hinc respectu consensus imperfecta cessat emtio, si sub conditione suspensus *l. 2. §. de in diem add.* vel expressa, qua deficiente emtio est nulla, existente vero, retrotrahi nequit conditio, si in totum perierit: secus si deterior effecta: *l. 8. pr. b.* vel tacita, veluti vbi in tertii arbitrium pretii determinatio collata, vel emtio in scriptis celebrata, & scriptura omnibus

mnibus partibus non fit absoluta. *l. 2. C. h.*

5. Respectu *mercis* imperfecta est ante eius determinationem, quando ignoratur, *quid quale & quantum* venditum *l. 8. pr. b.* Sic in rebus fungibilibus requiritur ad mensurationem ad ponderatio vel ad numeratio *l. 35. §. 5. C. pro. de contr. E. V.*

6. Requiritur tamen, ut (a) emptio non fit facta ad corpus *l. 1. §. 1. b.* (b) per emptorem non fit, quo minus ad mensuratio fiat *l. 5. l. 17. b.* tunc enim vel vinum effundere licebit, i. e. *impune*, quamvis non bene faciat *l. 1. §. 3. b. l. 2. pr. b.* Periculum itaque ante ad mensurationem est venditoris, ut tamen, quia iam est quodammodo perfecta emptio, teneatur ad omnem diligentiam ante admetiendi diem præstandam. *l. 1. §. 2. 4. l. 2. l. 3. b.* alioquin enim non tantum iacturam rerum suarum facit, sed etiam emptori ad interesse tenetur. *Franzk. b. n. 42. Huber. b. §. 6.*

7. Sic etiam res *ad gustum* vendita imperfecte censetur vendita, quia improbari potest *l. 34. §. 5. b.* *Franzk. b. n. 27. seqq.* & hinc periculum ante degustationem est venditoris *l. 4. §. 1. b.* nisi expresse ita vendatur, ne degustetur *c. l. 4.* quod tamen tacite semper inesse censetur, conf. *Dn. Stryk. de iur. sens. del. b. c. n. 2. seqq.*

8. Denique si res plures alternativè venditæ, ante electionem est periculum prioris ipsius venditoris, posterioris vero emptoris.

Idem

Tit. VII. (IV. 55. seqq.)

De servis exportandis, vel
si ita mancipium venierit
ut manumittatur vel
contra.

In venditione servorum vitatum erat, va-
ria addere pacta v. c. *ut aliquo loco moreretur*
l. 1. b. vel ut contra verbum suum manumittere-
tur l. 2. b. In priori pacto diversa Papiniani
sententia refertur in *l. 6. §. 1. l. 7. b.*

TEXT. NOTAB.

l. si ramos. 4. in f. l. si venditor, 6. §. 1. l. servus, 7. in f.



Lib. XIX. Tit. I. (IV. 99.)

De Actionibus Empti &
Venditi.

1. **O**bligatio in hoc contractu est utrinque
principalis, hinc utrinque datur actio
directa, a parte quidem emptoris, *empti*; a vendi-
toris parte, *venditi*.

2. Actio itaque *empti* est, qua emptor adversus
venditorem agit ad rem tradendam cum omnibus

access-

accessionibus & aliquando ad damna in re vendita
resarcienda.

3. Ut emtor efficitur agere quæritur, quæritur,
ut pretium offeratur ab emtore l. 13. §. 2. Nam
nequidem in dominium hæc merces translati-
fertur, si pretium non solutum, vel alio modo
non satis factum sit §. 41. d. R. D. *Matth. 117.*
lit. de contr. E. V. in f. aut fides, de pretio habita,
quæ non præsumitur Dn. Stryk. d. *Caus. Contr.*
S. 2. c. 8. §. 24. Hinc oritur exceptio *non est*
in contractu, quæ probanda ab actione Dn. *De*
cei. de dir. prob. negat. c. 4. §. 4. Dn. Stryk. *in*
trod. ad prax. c. 17. §. 2. Imo a Iudice suppleri
potest. Franzk: *h. n. 17.*

4. Emtor itaque agit ad rem venditam tra-
dendam. Debet autem tradi res [a] *l. 1. §. 1.*
11. §. 2. l. 46. b. l. 68. §. 2. de contr. E. V. Huber
ad I. t. de Em. Vend. §. 4. Dn. Thom. *de*
affect. in res fung. non cad. c. 2. §. 7. & quidem re,
vel ficte. Dn. Stryk. *de caus. c. 1. §. 2.* In subdi-
dium vero ad interesse, si res præstari non pos-
sit. *Li. pr. l. 12. ff. h. R. 4. C. 4. Hillig. ad D. l. 1.*
13. c. 2. lit. a. Franzk: *h. p. 28. seqq.* quod si pro-
pter dolum vel latam culpam venditoris tradi
nequit, iurari in litem potest ab emtore l. 68.
de R. V.

5. [§] *Ut rem traditam habere liceat.* Ergo suf-
ficit transtulisse Vsucapiendi conditionem,
nisi sciens dolo malo venditor rem alienam
vendiderit, nam & tunc antequam evincatur
tenetur,

tenetur, quanti emtoris interest, rem eius esse factam *l. 30. inf. b. conf. l. 11. inf. b.*

6. [γ] *Vt vacuam possessionem tradat l. 68. §. f. de contr. E. V. ne scil. alius in possessione fit vel eam auocare possit l. 2. §. 1. l. 3. b. venditor itaque veram possessionem habere debet, quia alias conditionem vsucapiendi transferre nequit. Franzk. c. l. n. 77. seqq.*

7. [δ] *In debita qualitate, qualis vel inest tacite, veluti quod non debeat esse vitiosa t. t. ff. de Aedil. Ediēt. l. 11. §. 3. b. vel seruitutibus aut hypothecæ obnoxia. l. 1. §. 1. l. 39. b. l. 5. C. d. Ediēt. vel expresse per pactum determinata l. 13. §. 3. b. ut tamen omnia non ad viuum sint rescanda l. 18. l. 19. §. 4. de Aedil. Ediēt. Pertinent huc, quæ supra de re ad mensuram vendita dicta sunt. Franzk. b. n. 104. Hinc venditor fines ostendere & instrumenta tradere debet. l. 48. b.*

8. [ε] *Cum debitis accessionibus i. e. fructibus l. 13. §. 10. b. & pertinentiis, de quibus supra. vid. Franzk. b. n. 174. seqq.*

9. [ζ] *Debita loco & tempore. Mora in tradendo facta, omnis vtilitas emtoris, quæ modo circa ipsam rem consistit, in æstimationem venit l. 13. §. 3. b. l. 3. §. 3. 4. b.*

10. [η] *non deterior reddita culpa venditoris & quidem leui l. 35. §. 4. b. l. 68. pr. de contr. E. V.*

l. 36. b. aliquando etiam leuissima. §. 2. de peric. & comm. rei vend.

11. *Actio venditi* competit venditori cum emptorem, ut pretium soluat, & quae praeterea conuentum, vel æquum & bonum est. *l. 13. §. 19. b.* Itidem hæc actio non ante expressè instituitur, nisi ab actore implementum contractus a sua parte probetur Huber *b. §. 2.*

12. Soluendum itaque est pretium (1) *tempore h. e. statim*, nisi habita fides de probo, ubi tamen merito quoque vsuras præstantur. *C. l. 13. §. 20. ff. b. diss. Franzk. b. n. 380. seqq.*

13. Si mora in soluendo pretio committitur, præter vsuras consuetas aliquando interesse damni emergentis recte petitur *l. f. ff. de peric. & comm. rei vend.* Dn. Schilt. *Ex. 30. §. 124.* Imò et pacto adiecto ad resolutionem contractus, non vero facile ad pœnam *l. 13. §. 26. b.*

14. (2) *Debito modo*, h. e. ut nummos faciat accipientis *l. 11. §. 2. b.* quamuis si nummos alienos quis soluat, non possit propterea agere ad condicendam rem traditam: antè traditionem autem recte opponit exceptionem non impleti contractus. Imò nec is, cuius pecunia soluta, rem venditam sibi vindicare potest regulariter *l. 6. C. d. R. V.* vid. tamen *l. 2. quæ ex fact. tut. l. 8. C. d. R. V. l. 29. §. 1. seqq. l. 55. de donat. in V. & V.*

15. Veniunt etiam in hoc iudicium aliquando sumtus a venditore in rem venditam b. f. facti ante traditionem l. 13. §. 22. l. pen. C. b. Donel. lib. 13. c. 5. lit. c. item læsionis refarcitio l. 2. C. de resc. vend. retrouenditionis necessitas, vel alia, quæ pacto sunt determinata. l. 11. §. 1. b.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si in emtione. 2. §. 1. l. ex emto. 11. §. 1. 2. 4. 13. 17. 18. l. Iulianus. 13. pr. §. 3. §. offerri. 8. 10. seqq. 15. 20. 26. 27. 29. 30. 31. l. fundi. 17. pr. §. 2. 7. 10. l. si sterilis. 21. §. 3. 6. l. prædia 28. l. seruus. 30. §. 1. l. venditor. 36. l. quæro. 39. l. Titius. 48. l. qui per. 49. §. 1. l. si & per emtorem. 51.

Ex Codice. l. 1. l. ex arrhali. 3. l. si traditio. 4. l. curabit. 5. l. vendici. 6. l. cum venditorem. 10. l. fructus. 13. l. expulso. 17. de Act. Emt. V. l. 1. l. si emancipatis. 2. l. qui aliena. 8. l. Nihil prohibet. 9. si quis alteri vel sibi sub altero nomine &c.

Tit. II. (IV. 65.)

Locati conducti.

1. **L**OCATIO CONDUCTIO est contractus consensus initus de usu rei vel opera personæ pro certa mercede præstandâ.

2. Alia dicitur, rerum alia operarum. In effectu differunt, [a] quod in locatione rerum frugiferarum merces possit etiam consistere in

R b 2

fructi-

fructibus certis *l. 21. C. b.* Dn. Thon
ad Strauch. diff. 15. th. 18. [β] locatio re
 lius transeat ad heredes, quam oper
 quod in locatione operarum quando
 ior præstanda diligentia *l. 13. §. 5. l. 21.*
 [δ] operis duobus locatis priori prim
 tisfaciendum *l. 26. b.* Secus in re du
 ta, vbi præfertur, cui prius est tradit
d. R. V.

3. Deinde alia est *regularis*, alia
 Hæc in eo recedit a communi natura
 nis, quod rei locatæ transferatur dom
 vt in contractu *Socida. conf. l. 31. b.*
 se patet.

4. Requiritur, vt in emtione, quibus
 pluribus conuenit *l. 2. b.* (I) *Consensu*
 parte. Hinc nemo inuitus ordinari
 candum compellitur, nisi ex ratione
 publicæ. Sic non iniquum Parochos
 pellere ad locandos agros. vid. *Ius Paroch. S. 1. c. 2.*
 §. 14. & qui vectigalia conduxit, cogitur, ut
 quando, vt finita conductione illa retineat, si
 maximos fructus sit consecutus; & vectigalia
 eo pretio post locari non possint *l. 11. §. 1. l. 12.*
publican.

5. Et quidem ab initio expresse con
 debent *l. 23. comm. diu.* Semel contractus
 catio facilius tacite *renouatur.* Et quidem
 pre-

prædiis *rusticis* tacita reconductio facta videtur in annum : in *urbanis* vero eatenus conductor obligatur, prout habitavit post primam conductionem finitam *l. 13. §. 11. b.* In scriptis autem talis tacita reconductio non videtur fieri posse, *l. c. inf. Dn. Schilt. Ex. 31. §. 11. Franzk. b. n. 12. seqq.*

6. (II) *Vsus rei vel facta locari solita.* In rebus requiritur, vt [α] vsus temporalis earum alicui, salua substantia, concedi possit, nec [β] alias ob rationem iustam hoc prohibitum sit, v. c. parochis interdictum ædes Parochiales locare v. *Ius Paroch. Sect. 5. §. 2.* Ita nec seruitus realis absque prædio locari potest *l. 44. b.*

7. Vnde etiam res aliena, vel conducta locari potest *l. 7. ff. l. 6. C. b.* dominium tamen rei locatæ non transit in locatorem *l. 39. b.* licet ad longius tempus locatio facta sit, quamvis in dubio ius potius emphyteuticum, quam locatio simplex præsumi debeat. *Dn. Schilt. Ex. 47. §. 62. ad l. 1. §. 3. de superfic.*

8. *Facta* vero locari solita æstimantur vel ex natura propria, vel more communi; vel breuius : facta debent esse *mercenaria*, quæ certa mercede communiter & ordinarie compensari solent : facta enim alia æstimationem certam habent, alia non, propter præstantiam operæ, illa huc spectant, non vero hæc.

9. (III) *Merces*, vbi eadem requisita sunt ad-
denda, quæ in pretio emtionis venditi præsumuntur
b. l. 23. Comm. dici. Quod si itaque contractus
hoc modo perficiatur, vt fructus sint communes
inter colonum & dominum prædii, non est
est societas quam locatio *l. 25. §. 6. b. l. 2. §. 13.*
de Caut. contr. S. 2. c. 9. §. 13. imo si loco præ-
dis aliud præstetur, innominatus contractus
inde oritur *l. 1. §. 9. depos.*

10. Denique si vel maxime pecunia præ-
rata interuenit, si tamen non vt *merces* sed vt
Remuneratio, potius commodatum esse videtur.

11. Ex hoc contractu oritur vtriusque obli-
gatio æque principalis *locati & conducti.* Obligatio
conducti comparata est *conductori aduersus locatorem*
rem ad præstandum usum rei locatae usque ad præ-
stinitum, vel operas promissas, & impensarum
omniumque, quod culpa locatoris perpeffus est, restitu-
onem.

12. Obligatio itaque in locatione rerum consti-
stit (1) in *usus præstatione l. 25. §. 1. b.* In hunc
finem requiritur, vt omnia impedimenta locatae re-
moueat, sine quibus frui nequit *conductor. l. 25. §.*
2. b. l. 15. pr. b. aut aliam æque commodam rem
substituatur *l. 9. pr. b.*

13. Si frui re conducta plane non potest, si
quidem *per casum fortuitum*, ad pretium restitu-
tuen-

tuendum datur actio conducti *l. 27. pr. l. 33. h.*
 Si *per culpam* locatoris, etiam ad interesse *l. 33. l. 35. b.* Ceterum si culpa conductoris usus rei locatæ sequi non possit, nihilominus ad integram mercedem soluendam tenetur. *l. 25. §. 4. l. 9. §. 3. b.*

14. Hinc quoque fluit, in rebus frugiferis locatis locatorem præstare debere, ut conductor fructus possit percipere *l. 18. C. b.* Adeoque ob *sterilitatem* remissio conductori indulgenda. *l. 15. §. 2. seqq. b.*

15. Hic vero sequentia requiruntur (1) ut, extrâ consuetudinem calamitas circa fructus superueniat *l. 15. §. 2. b.* (2) & quidem extra ipsam rem *l. c. §. 2. & 5.*

16. Sterilitas contingat (3) circa fructus nondum perceptos seu separatos a solo. Dn. Stryk. *c. l. §. 22.* nisi etiam locator expresso pacto in se receperit damna in fructibus iam perceptis euenientia *Id. c. l. §. 20*

17. (4) Ut nulla culpa conductoris accesserit. *l. 25. §. 2. b.*

18. (5) Ut sterilitas sit magna *l. 25. §. 6.* quod ex arbitrio boni iudicis est æstimandum. Franzk. *b. n. 103.* deducto semine & aliis, quæ frustra in culturam agri impendit Mev. *9. D. 145.* Quomodo vero ad eam indagandam

inter locatorem & conductorem prout dicitur
dum fit, docet Id. *g. D. 116.*

19. (6) Vt casus fortuitos circa fructus
non receperit Dn. Stryk. *l. 1. §. 16.*

20. (7) Vt agatur de locatione in vno
Etia annum. Quodsi in plures annos
mercede in singulos annos constituta, tunc
vbertatem subsequente remissio ante
reuocatur *l. 15. §. 4. b.* si vna merces con-
ta, demum finita integra locatione statu-
vtrum remissio sit facienda Franzk, *b. 1. 1. 2. 3.*
seqq.

21. Hisce concurrentibus remissio fit
usque pensionem fructus, deductis impensis
non æquant Meu. *g. D. 144.* Non tamen con-
tra merces augetur, si immodicum lucrum
cepit conductor. *l. 25. §. 6. b.*

22. Præstandus autem est vsus vsque
pus præfinitum, nisi iustæ expellendi condicio-
rem causæ accedant, quo casu tamen non pri-
uato ausu, sed publica autoritate expellendus
est, ni pacto aliter prouisum. Dn. Stryk. *l. 1. §. 9.*

23. Huc pertinet (a) casus superueniens
necessitatis non præuisæ *l. 3. C. b.* Hahn. *l. 1. 1. 2. 3.*
b. n. 15. quod ad prædia rustica ægre applica-
ueris. Dn. Shilt. *Ex. 31. §. 20. lit. a. in addit.*

24. (β) Si non foluat mercedem debito tempore, & quidem fi ad quodriennium locatio facta, præstitutum est biennium *l. 54. §. 1. l. 56. b.*

25. (γ) Si re locata abutatur *l. 3. C. b.* (δ) si res locata refici debeat, modo refectio fit necessaria *l. 35. b.* & quæ non possit fieri conductore inhabitante *l. 27. pr. b.* Brunnem. *ad c. l. 3. n. 2.* Dn. Coccei. *de claus. reb. sic stant. c. 6. §. 3. seqq.*

26. Deinde (II) obligatur ad *indemnitatem præstandam*, quo pertinet (α) quod *impensas utiles & necessarias* repetere possit *l. 55. §. 1. b.* (quo etiam spectant ædificia fundo conducto imposita, de quibus vid. Huber. *b. sub Rubr. de ædific. colonor.*) quamuis quoad illas etiam agere possit, vt re salua illas tollere possit, *l. 19. §. 4. b.* Ita tamen faciendæ utiles, ne nimis grauent locatorem *l. 25. de pignor. act.* Dn. Schilt. *Ex. 31. tb. 30.* & æstimantur secundum prætium reuera impensum *Meu. 3. D. 42.*

27. (β) Quod *tributa exsoluta* restituenda sint, quatenus sunt onus ipsi rei locatæ impositum, v. c. si pro numero mansorum nach der Hussen Zahl/ imponantur, *Meu. 7. D. 31.* secus si personæ conductoris imponantur, v. c. Capitatio. Hahn. *ad W. b. n. 16.*

28. (γ) *Vt cetera damna culpa locatoris resarciantur*, veluti si vasa vitiosa locata. *l. 19. §. 1. b.* propter fortuita damna non *l. 45. §. 1. b. l. 55. pr. l. 60. §. f. b.*

29. In *locatione operarum* obligatur locatarius ad operas fideliter præstandas, & quidem *præcise*: quamvis in subsidium aliquando interesse præstari debeat.

30. Quod si non præstet, tunc videndum, an impediatur casu fortuito, & tunc non debetur *l. 15. §. 6. b.* an vero dolo vel culpa locatoris, & tunc præterea interesse præstandum *c. l. §. 8. b.* an vero culpa condempnatoris, & tunc nihilominus soluenda merces *l. 1. §. 1. b. l. 19. §. 9. l. 38. pr. b.*

31. (β) Præstandæ sunt operæ *debitæ diligentia & cura*, quod imprimis in opere faciundo attendendum. Hinc sæpe præstanda est diligentia exactissima, si negotium ipsum summam requirat præcautionem *§. pen. l. b. l. 1. §. pen. l. 25. §. 7. b.* Adhibita autem omni diligentia debita, de casu non tenetur sed mercedem nihilominus petere potest *l. 13. §. 5. l. 33. b.* nisi locatio irregularis sit *l. 31. b.*

32. Distinguendum tamen adhuc est, an casus in opere facto contingat *visu operis*, an vero *aliunde*. Hoc casu non tenetur,

loca-

locator *l. 36. in f. l. 59. b.* Priori casu tenetur *l. ult. b.* nisi ita opus faciendum conductum, ut per *mensuram* vel *approbationem* præstetur, tunc enim ante approbationem, vel admensurationem periculum est locatoris; post conductoris *l. 36. l. 51. §. 1. b.*

33. Datur hæc actio etiam contra heredem *l. 10. C. b.* nisi ad beneplacitum locatoris facta *l. 4. b.* vel morte locatoris expiret ius, quod in re locata habuit, veluti in usufructu locato, vel denique locatio operarum certam personæ industriam & artem respexerit.

34. Non tamen contra *successorem singularem.* Hinc emtor non tenetur stare locationi *l. 9. C. b.* nisi conductor sibi prospexerit de hypotheca, vel, quod tutius, pactum de non alienando simul adiectum sit *l. 7. §. f. de distr. pign. Dn. Stryk. c. l. §. 15. 16.* vel emtor venditori promiserit, se nolle expellere conductorem *l. 9. C. b.*

35. Idem ad alios ex titulo singulari succedentes applicandum. Lauterb. in *Comp. Iur. b. p. 379.* Principales tamen domini ex locatione suorum administratorum obligantur.

36. Actio locati *datur locatori contra conductorem ad mercedem debite soluendam, & rem usufinito restituendam saluam & incolumem, eaque omnia præstanda, quæ alias promisit.*

37. Ob-

37. Obligatur enim Conductor (1) ad *eadem debito tempore soluendam*, h. e. vel secundum placita contrahentium, vel secundum mores loci *l. 54. §. 1. b.* Cornel. van Eck *cap. Jur. b. §. 22.* alias finito vñi singulorum *l. cit. 54. l. 19. §. 6. in f. b.* Hillig. Donell. *l. 13. c. 8. lit. g.* Franzk. *b. n. 178. seqq.*

38. In locatione operarum si quidem opus non requirat tractum temporis, non nisi toto opere soluenda *l. 80. §. 1. ad L. Falcid.* si vero tractum temporis, æquum est, vt merces successiue per partes præstetur. Franzk. *n. 188.*

39. Pro mercedis huius securitate constitutum est a lege locatori *pignus tacitum*, vel in inuectis & illatis quoad prædium vrbatum, vel in fructibus quoad rusticum. *l. 4. pr. l. 7. in quibus caus. pign. vel hypoth.* Imo hinc primitus actio seruiana & interdictum saluianum originem capiunt. In sublocatione tamen tantum *primario* sublocatori in inuectis & illatis præterioris conductoris pignus tacitum competere videtur *l. 11. §. 5. de pignor. act. conf. Hub. b. §. 20.*

40. *Præstanda quoque (2) est merces integra*, licet rem absque iusta causa deseruerit. *l. 58. §. 1. l. 27. §. 1. b.* Sterilitatis tamen causa merito remissionem concedit. vid. *§. 10. seqq. b.* Si plu-

pluribus res locata , finguli tantum pro rata tenentur , nisi se correos constituerint. *l. 47. b.*

41. Obligatur ulterius, (3) *ut in re conducta debita diligentia versetur* ad exemplum boni patrisfamil. *l. 18. C. b.* Alias culpa damnum datum refarcire tenetur hac actione *l. 9. §. 3. 5. l. 13. pr. §. 1. b.* Donell. *lib. 13. c. 8. lit. d.* Franzk. *b. n. 199. seqq.* quin etiam aliquando propterea iuste expelli potest. *l. 3. C. b.* Casum non præstat , nisi in irregulari locatione. *l. 31. b.*

42. Tandem (4) *ut restituat rem in specie finita locatione.* Alias si dolose non restituat , in litem contra eum iurabitur *l. 48. §. 1. b.* Imo aliquando præter ipsam rem ad æstimationem litis tenetur *l. 32. l. pen. C. b.*

43. Hæc restitutio est paratissimæ executionis Mev. 3. *D. 302.* adeo ut nec quæstio domini illam remorari possit *l. 25. C. b.* ex qua lege tamen non recte speciale remedium possessorium eruitur. Brunn. *ad c. l. n. 4.*

44. Ante finitam locationem non potest restituere : si enim absque iusta causa migret & rem locatam deferat , ad totam pensionem tenetur. *l. 24. §. 2. l. 55. §. f. b.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. locatio. 2. l. 4. l. si tibi. 7. l. si quis domum. 9. l. 2. 3. l. videamus. 11. pr. l. item queritur. 13. §. 5. 7. l. qui ad certum. 14. l. ex conducto. 15. §. 2. 3. 4. 5. sed addes. 19. §. 1. 4. 6. in f. 9. l. si in lege. 24. pr. §. 1. merces promissa. 25. l. in operis. 26. l. Habitatores qui insulam. 30. pr. 3. fin. l. si nauem. 31. l. si fundum. l. opus. 36. seqq. l. qui operas. 38. §. 1. l. non solet. locare. 44. l. ea lege. 51. §. 1. l. quero. 54. pr. §. 1. l. minus. 55. l. cum domini. 56. l. Colonus. 61. pr.

Ex Codice. l. Aede. 3. l. certi iuris est. §. l. nemo. 6. l. licet. l. Emtorem. 9. l. Viam veritatis. 10. l. legem. 16. l. pto. 18. l. si olei. 21. l. si quis conductionis. 25. l. mibus. 31. l. Conductores. 34.

Tit. III.

De Æstimatoria.

1. **I**Nter contractus innominatos, de quorum natura, *tit. de Pras. Verb.* agendum commodius, vulgo refertur ÆSTIMATORIVS, quo res alicui æstimata certo pretio vendenda tractatur, ut aut rem eandem referat, aut pretium, l. 1. §. 1. de P. verb.

2. Requiritur (I) ut res æstimata detur pro certo pretio venditionis gratia. Si nullum pretium, vel saltem taxationis gratia adiectum potius est mandatum, l. 5. §. 3. Mand. Hahn. ad W. v.

Diss.

Disp. nostr. *de translat. domin. in contract. estimat.* §. 7. *seqq.* Res diiudicanda est ex intentione contrahentium & consuetudine communi.

3. (II) Et quidem *vendenda*. Hinc non quælibet æstimatio, quæ aliis negotiis per pactum adiici solet, huc pertinet, sed illa ipsi negotio principali inest, quamvis irregulare exinde fiat.

4. Facile hinc quoque distinguitur ab *Emtione*, quia non simpliciter tenetur ad pretium, & *mandato*, quia magis proprium agit negotium, aliis vendendo, quam retinere, ipse poterat, & *locatione*, quia non simpliciter opera hic locata censetur, nec semper merces datur.

5. Unde sine dubio est peculiare negotium, cum alias non necessum fuisset peculiarem Actionem, *æstimatoriam* scil. *prescriptis verbis* constituere. *disp. cit. §. 16. seqq.*

6. (III) Sub hac conditione, *ut aut res eadem aut pretium restituatur*. Hinc perinde esse debet danti, quid ipsi restituatur.

7. Hinc recte inferunt Dd. (α) dominium hoc intuitu transferri in accipientem *arg. l. 10. ff. de iur. dot.* Lauterb. b. Dn. Hert. *de convent. Dom. translat. §. 3.* Dn. Stryk. *de AÆ. for. inuest.*

inuest. S. 1. membr. 4. §. 1. Schultes. *ad l. 1. §. 1. qm. 130. n. 88.* consequenter (§) *valens* talis rei oppignoratio facta ab accipiente *et* declaratum in *disp. cit. §. 61. seqq.* & denique periculum eius sustinet *l. 1. §. 1. b.* *taxationis gratia æstimatio adiecta.* *hæc* creditur secundum distinctionem, *l. 1. §. 1. Pref. verb. cit. disp. §. 36.*

8. Fluit ex hoc negotio actio *ad præscriptis verbis* aduersus accipientem pretium determinatum soluat, aut reatuat, & sic libellus alternatiue format. *Dn. Stryk. de Al. for. inuest. S. 1. §. 6.*

9. Sufficit autem soluere pretium determinatum, licet pluris vendiderit, nisi rursus *taxationis causa* æstimatio adiecta. *Et* vero statuitur actio æstimatoria *contra* aut utilis, nec huc spectat. *l. 2. §. 1. Stryk. cit. l. §. 9.*

10. In concursu creditorum dans *inter* alios creditores ponitur, nisi nudum *datum* intercesserit. *l. 5. §. 18. de tribut. act. cit. §. 45.*

Tit. IV. (IV. 64.)

De Rerum permutatione.

1. **P**ERMUTATIO est *contractus innominatus, quo res propria ita datur, ut alter rem propriam vicissim daret.*

2. Ergo agitur de dominio rei utrinque in alterum transferendo, & possunt omnes res inter se permutari excepta pecunia numerata *l. 5. §. 1. de P. V. nisi detur in folle l. f. ff. de cond. caus. dat.* Simplicissimus & antiquissimus hic est contractus *l. 1. de contr. E. V. & reuera a contractu do ut des non differt l. 5. §. 1. d. P. V. conf. Dn. Thomaf. ad Strauch. diff. 16. th. 5. Habat ad W. b. n. 10.*

3. Requiritur in hoc contractu *res propria*: agitur enim utrinque *de dando*. Hinc qui rem alienam dat, non satisfecit obligationi suæ, adeoque etiam antequam euincatur, potest eo nomine agi *l. 1. §. 3. b.* imo nec alter potest cogi, ad rem suam dandam, si alter alienam dederit: & si iam dederit, potest datam condicere, quasi causa non sit secuta *c. l. §. 4. interim vsucapiendi conditio transferri eo ipso nihilominus potest l. 4. §. 17. de Vsucap. Huber. b. in f.*

Ceterum posse etiam simile ius in permutationem deduci non dubito. Hahn *b. n. g.*

4. Obligatur itaque is, qui rem datur cepit, ut rursus rem suam det, qui in tractibus innominatis demum obligatur ex unius implemento.

5. Sed hodie etiam obligatio ad alterutrum implementum ob pacti effectum, hinc si res alterutrius casu perierit, res alterutra exigi ad exemplum venditionis, & retineri potest *l. 5. §. 1. de P. V.* ut hinc hoc negotium longe diuersam naturam habeat ac quidem olim Dn. Schilt. *Ex. 32. §. 11.*

6. Cum itaque in plurimis permutationibus dat contractui emtionis venditionis, non solum, quin etiam omnia illa pacta, in permutatione venditione exhibita, hic quoque locum habere possint Dn. Stryk. *de act. for. inuest. §. 1. §. 12.* quin etiam ex Aedilitio edicto agi potest ob vitia rei latentia, *l. f. b.*

7. Ad permutationem etiam referuntur *mutuum*: quid enim aliud est *cambire* quam *permutare*? Verum non vnum hic subest negotium, sed ex pluribus mixtum: nam & mandatum occurrit, & aliquando locatio, Dn. Schilt.

§. 9. & 10. Totum itaque negotium debetur moribus Gentium recentiorum.

8. Est vero CAMBIVM proprie dictum, quando pecunia a Remittente alteri, qui Trassans vocatur, soluitur hunc in finem, ut alibi presentanti fiat solutio ab eo, cui facta Trassa, & acceptans vocatur.

9. Loco presentantis, seu cui Remissa facta, aliquando alius exigit pecuniam ex commissione data. Hinc in dorso Cambii mandatum exprimi solet, & spatium vacuum relinqui, cui presentans inscribat, quis cambium exigere debeat quod vocant die indossirten transportirten und gerirten Wechselbrieffe Dn. Stryk. de Caut. Contr. S. 3. c. 5. §. 23.

10. Necessè vero omnino est, vt addatur, pecuniam a remittente esse solutam, quod est *Valuta von denselben* & vt Trassans *litteras de Auiso* ad acceptantem mittat, quarum etiam fieri solet mentio in cambio.

II. Quoad obligationem videndum, vtrum mercator, qui soluere debet cambium, acceptauerit illud, an non: priori casu ex acceptance obligatur ad solutionem faciendam tempore conuento vel alias recepto & vt plurimum statim executiue proceditur. conf. Magdeb. Wechsel. Ord. Posteriori vero, statim interponenda est protestatio & cambium ad

trasfantem est remittendum. Dn. Stryk.
c. l. §. 16.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. l. Aristo. 2.

Ex Codice. l. permutationem. 1. l. ex placito. §. 1.

Tit. V. (IV. 64.)

De Præscriptis verbis
in factum actionibus.

1. **C**ONTRACTUS INNOMINATI ex iure for-
mulario Romanorum descendunt. Dn.
Henniges *ad Grot. lib. 2. c. 1. §. 2.* & ita
dicuntur, quod, vt verba sunt Grotii c. 1. §. 2.
*communis aliqua & usitata, sed acceptatione
ad ipsum factum data sit formula, qua in præscri-
ptis verbis diceretur.* conf. Huber h. §. 2.

2. Quia vero ex pacto nudo non dabitur
actio, hinc ante vnius implementum
contractus hæc negotia non accipiebant. Imo
quia tunc alter ex ipsa acceptatione factum
obligabatur, nec vlla aliqua obligatio penes
dantem erat, hinc ius pœnitendi ei inchoa-
batur. Sed hæc olim.

3. Hodie, ni summam contradictionem committere velimus, hæc omnia aliter sese habent ob vim pactorum. Dn. Schilt. *Ex. 32. c. 114* Dn. Stryk. *de Caut. Contr. S. 3. c. 5. §. 4.*

4. Applicata itaque est ad hæc negotia actio quædam generalis, *prescriptis verbis dicta l. 1. 2. 3. 4. b. de cuius denominatione optime iudicat Dion. Gothofr. in not. ad rubr. b. lit. O. Huber, b. §. 2. & ult. quæ & incerta & utilis l. 21. b. quandoque etiam in factum vocatur. Id. §. 3. 4. & tam generalis est, vt applicetur ad omnes causarum figuras, in quibus æquitas actionem dari faceret, etsi non subsit contractus, ne quidem innominatus. Exemplum est in precario *l. 14. de precar. l. 17. §. 5. b. l. 20. pr. l. 23. b.**

5. Actiones tamen *in factum* adhuc videntur generaliores esse, quamvis sæpe cum prioribus pro synonymis habeantur. Huber. *b. §. 10.* Pleræque videntur a Prætoribus introductæ, ad imitationem actionum P. V. quæ *Civiles* vt plurimum dicuntur. Id. *§. 13.*

6. Conceduntur vero (1) etiam in delictis Prætoribus (2) in supplementum deficientis iuris Ciu. *l. 11. b. l. 23. §. 5. l. 52. de R. V.* (3) in subsidium *l. 11. §. 1. de dol. mal. l. 1. §. 43. de vi & vi arm.*

7. Ad contractus innominatos in hoc titulo referuntur quatuor species in *l. 5. pr. b. de vt des,*

do ut facias, facio ut facias, facio ut quibus notandum (α) ab eo, qui praestitit, contractum denominari (β) praestitit res fingi, si hi misceantur, vel negantur (γ) non dari aliter actionem in capitulis V. in his negotiis, quam si defectus in garga nomina actionum l. 2. b. quod, ubi dolus interuenit, magis de hoc, quam hac detur. l. 5. §. 2. 3. b. conf. ad W. b. §. 2.

8. De priori specie *sic. antec. actum ut facias* est quo res propria datur, ut *facias* aliquid praestetur. *Facta* autem intelligitur vel locari non solita, vel locari solita, quidem, ubi tamen res data non habet requisita mercedis l. 5. §. 2. b.

9. Vnde huc recte referunt *suffragium*, quo quid datur aulico, ut negotium principi commendet l. vn. §. 1. C. de suffrag. Quod si factum sequi non possit; tunc proceditur secundum ea, quae dicta *sic. condit. caus. dat. caus. non secur.*

10. Ab hoc negotio non differt contractus *facio ut des*: nam idem negotium talem denominationem accipit, si ad factum obligatus primus impleat. Hoc casu tamen simpliciter agit ad rem dandam, cum factum infectum fieri nequeat.

II. Denique contractus *facio ut facias* est quo factum ab aliquo præstatur, vt rursus ab alio, cui illud præstitum, in compensationem eius aliud fiat : & similis est actioni mandati, sicuti priores locationi, & do vt des, emtionem. *l. c. §. 4. b.* Hic itidem simpliciter ad factum implendum agitur. *l. 9. b.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. l. Naturalis, 5. l. quia actionum. 11. l. si tibi. 13. §. 1. l. solent. 15. l. si gratuitam. 19. §. 1. 2. l. rogasti. 19. pr. l. quoties, 21.

FINIS
PARTIS PRIMÆ
INTRODVCTIONIS
in
IY S DIGESTORVM.

